t cessariam esse fidem respectu cultus qui deo exhibetur. ꝛ maxime ꝓpter tria. Primo ꝓpter eius incertitudinez 2° ꝓpter eius dubitatōez 3° ꝓpter eius artationez. Primo ing̃ necessaria est fides respectu cult⁹ ꝓpter eius incertitudinez. Cultus nēpe dei minime eē pōt de reb⁹ hmōi necessitatis euidentiā: qz iam esset scia ꝛ nō cultus: g° est de reb⁹ in quib⁹ pōt dubietas oriri. Ꝺ pet autē qđ sit ibi firma adhesio q̄ non est nisi p fidē. fides g° necessaria est in omi cultu. 2° etiā est necessaria fides respectu cultus ꝓpter eius dubitationē. qz ei in q° libet cultu dubitationes oriūtur atqz errores: ió necessariū est aligd vtrūqz excludens aliter nō essz firmitas in aliquo cultu. sz fides est vtrūqz excludens: g° fides necessaria est que nos adiuuāt in duob⁹. Jsā facit intellectū. Primo ꝓptum. 2° discretū. Primo eñ fides reddit intellectū facilē ꝛ ꝓptū ad credendū credēda cōtra duriciā ꝛ dubietatē. qz sicut ait Apo⁹. i. cor. 13. Caritas omnia credit. Licet nō oībus credat: sz timbis q̄ veritas ipsa suadet. 2° reddit intellectū discretū ad renuēdum nō credēda contra errorē. Est eteñ sic lampas ad effugandas caligines ꝛ errores ꝓtes que in aia fideli ꝓtinue luczq. qđ aūt in omi cultu possint dubitatiōes atqz errores insurgere pz: quia vel oia essent ꝓbata certissima rōne ꝛ sic nō cultus sz scia essz vel possunt ibi errores ꝛ dubitatōes insurgere ꝛ sic necessaria est ibi fides. 3° quoqz necessaria est fides respectu cultus ꝓpter eiꝰ artatiōez. Nullus ē eñ dei cultus in quocūqz statu i quo discredēs nō arceatur iuste ad expellendū incredulitatem siue ad remouēdū errorē si quē hz ꝓtra cultū illi⁹ dei. Et sil'r nō capiens q̄ fidei sunt iuste cogit̄ ad credendū qđ ipsi maiores credūt. Si igit iusta ē coactio hec ꝓhibitio error iusta est necessario etiā imperatō credulitatū siue creditionū illius cultus. Nā impossibile est qđ sit iusta ꝓceptio nisi sit debita obediēa: g° in oī religiōs cultu necessaria ē fides siue obediēa intellect⁹ ad credēdū ignota. Articulus 2°q̄ rōnabilis sit mod⁹ cognoscendi p fidē absqz naturali rōne.

Ecundo cōtēplemur fi

dei egratē. Equ⁹ quidē ꝛ rōnabilis ē mod⁹ iste cognoscēdi p fidē ꝛ marie ꝓpter tria. Primo qz deo est gliōsus. 2° qz hoi ē meritoꝛi⁹ 3° qz in se ē laude dignus. Ꝺ gliosum ē deo adherere ei p fidē absqz naturali ratiōe Capitulū pz⁹.

Primo enī modus ipse

p cognoscēdi p fidem deo est gliosus. Illicitum est eñ pricipi si credatur ei⁹ simplici verbo absqz cautōe pignoris vl' fideiussoris aut etiaz iuramenti. at eꝰ ignominiosū ē ei si simplici e⁹ vbo nō credat imo etiā cuilz viro note bonitatis ꝛ sufficiētis facultatis molestū vtiqz est si ei⁹ simplici verbo nō credat. q̄tomagis regi glie est erosuz q vtiqz nescit fallere neqz falli si nō credat vbis ei⁹ sine cautōe naturaliū rōnū quā greci querūt: vel sine cautōe miracl'oꝝ quā que rūt iudei sicut. i. cor. i. c. Apo⁹ ait. Judei signa petūt ꝛ greci sapiām querūt: nos aūt p̄dicam⁹ xm̄ crucifixū: iudeis qdē scandalū gētibus aūt stulticiā ipis aūt vocatis iudeis atqz grecis xm̄ dei vtutē ꝛ dei sapiaz. Quātū aūt deo displiceat talis curiositas infidelis⁹ ostēdit do⁹ Jathei. 12. q querēti⁹ ab eo signū rūdit dicēs. Generatio mala et adultera mala moribus ꝛ adultera p infidelitatē i petm̄ meū sig̃m querit ꝛ signū nō dabit ei nisi signū ione ꝓphe. Quas atqz pictagoras hāc lege imuerūt discipulis suis vt nō ceēnt a se si sententiis suis interrogare ꝓpter qđ sz esset eis p rōe dicētis auctoritas. q̄tomagis diuina auctoritas ꝓ efficaci⁹ma rōne hōda est. Et predictis igit̄ clarz q̄ q̄libz alia credulitas nisi

illa q̄ pure fidei est nichil aliud est erga deū nisi ignorantia ei⁹: qz i illa credit homo deo in alia aūt sibupsi. Ꝺ meritoziū ē homi absqz ꝓbatōnibus credere deo. Explm 2m.

Ecūdo etiam modus

t iste cognoscēdi p fidē ē hoi meritori⁹ Cū eñ hō assentit deo i his q̄ nō sūt sensui manifesta nec etiā p se nota intellectui: nec violētia necessarie rōis vel ꝓbationis oñsa libera est assentio illa ꝛ iō meritoa Assentio vero qua hō assentit vel manifestis sensui vl' p se notis intellectui vl' necessaria rōi ꝓbatis meritū nō hz qz quasi coacta est Vñ glosa gre. sup illō heb 10. Nōtes fiducią i introitu scōz i sanguine xp̄i inquit. Fides nō hz meritū vbi humana rō ꝓbet experimentū. Et notāter dr̄ humana ratio. i. humana ꝛ naturalis sensus. Que enim gratia ē creditori si sub bona cautione credat verbo alicui⁹. Circa hoc autem potest queri iurta predictū gregoriū verbū. vtrū rō inducta ad ea que fidei sunt. fidei meritū diminuat vel accrescat. Ad qđ tho. 2. 2. q. 3. articulo 10. Rñd. di. q̄ act⁹ fidei pōt esse victoriosus i q̄tum subiacet voluntati nō solū quantū ad intellectū sz etiā quantū ad assensuz. Rō aūt humana ducta ad ea que sunt fidei. duplicit̄ pōt se hēre ad voluntatē credētis. Uno quidē⁰ sicut precedēs. Alio⁰ sicut consequēs. Primo aut mō sicut precedens puta q̄ ea aut nō hēret voluntatē aut nō haberz ꝓptā voluntatē credendi nisi rōnes humane i diceret̄ur. et sic hūana ratio inducta diminuit meritū fidei sicut passio precedēs electionem in virtutib⁹ moralib⁹ diminuit laudem virtuosi actus. Sicut eñ homo actus virtutū moraliū exercere dz ꝓpter indi'ra tiōis nō ꝓpter passionē. ita debz credere hō ea que sunt fidei: nō ꝓpter rōnem humanā. sz ꝓpter caritatē diuinaz. 2° autē mō ratio humana pōt se hēre ad voluntatem credentis sicut cōsequēs Cū eñ hō ꝓptā voluntatem hz ad credēdum diligit creditam veritatem et sup ea cogitat et amplectit si quas rōnes adhuc inuenire pōt. Et q̄tum ad h° ratio hūmana meritū fidei non excludit: sz est signū meriti ampliozis. sicut etiaz passio cōsequens in virtutibus moralibus ꝓptio ris voluntatis est signuz. Et hoc signatum ē Jo. 4. c. cū samaritani ad mulierē ꝓ quā humana ratio designatur dixerūt. Jam nō ꝓpter tuā loquelam credimus ipsi em audiuimus quia hic ē vere saluator mūdi. Ꝺ terea. i. pe. 3. Paratꝰ semp ad satisfactionez omni poscenti rōnem de ea que in vobis est fide et spe. Non autem ad hoc sic induceret Apo⁹ si per hoc meritū fidei minueret. Nec per hoc pz q̄ rō adducta ad articulos fidei vel facit fidē et tunc euacuat meritū vel nō facit sz declarat fidē et tunc meritū augmētat: sicut in ꝓsona catholice fidei. ecclīastici 24. c. inquit. Qui elucidant me vitam eternam habebūt. Quātū laude dign⁹ sit modus ipse cognoscēdi p fidē. Capm 2m.

Ercio quc ꝓs modus

t iste cognoscendi per fidem est laude dignus. Non enī esset virtuosum videre lucidū sic etiam nec credere quod manifeste ꝓbabile est: sz virtuosum est et laude dignum credere deo in his que sensus ꝛ ratio non suadet. sic fecit abraham. de quo inquit Apo⁹ 4. c. ad ro. q̄ contra spē in spē credidit. Ubi glosa. Prima spes fm naturam fuit dum iuuenis cū iuuencula fm naturam sobolē sperauit nec tamē habuit. Ꝺ contrariū illius spei sperauit. s. vt vetulus ex vetula sterili generaret. De eodem habetur gen. c. 15°. Dixit dominus ad abraham Qui egredietur de vtero tuo habebis eum heredem. Et in eodem. Suspice cē̃m et numera stellas ei⁹ si potes hic erit semen tuum Impossibile eñ poterat hoc videri cū dns cōclusisset sarā. gen. 16. Et cum ipsa ꝓsensisset eiusdem. 18. Et credidit abraham domino et reputatum est illi ad iusticiam. gen. c° 15°. Similiter et beata virgo beatificatur. Luce. i. c. que āgelo credidit in illa sublimi promissione. Propterea ait illi gloriosa elizabeth. Beata que credidisti quoniā perficientur in te que dicta sunt tibi a domino. At ecōtra moyses ꝛ aaron numeri. 20. de incredulitate puniti sunt. Unde dominus ad illos ait. Qz non credidistis michi vt sanctificaretis me coram filiis israel non introducetis hos populos in terram quam daturꝰ sum eis. Zacharias etiā punitur. Luc. i. Ecce inquit angelus eris tacens et impotens loqui vsqz in diem quo hec fient ꝓ eo q̄ non credidisti verbis meis. Ꝺpterea ecclīastici 16. scriptum est. Jn gente incredula exar/

Universidad de Deusto
Biblioteca

descet ira Et apoc. 21. domin⁹ ait Incredul⁹ et execratis et homicidis et fornicationib⁹ et veneficis et ydolatris et omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno igne ardenti et sulphure qđ est mors secunda Articulus 3⁹ de dignitate fidei et ꝗ̄ eius donum excedit acquisita et naturalia dona.

Tertio contemplemur

t fidei dignitatē Sic ei Jac. j. c. canonice suę inquit. Oīe datū optimū: et oīe donū pfcīm de sursū est descēdens a pre luminū Propterea t̄ tiguere possu⁹ triplicia bona. Primo data bōa. 2° data meliora. 3° data optima. Prima enī a deo dātur per acquisitiōez 1ª p ...clinatōnez. 3ª p infusiōez

De bonis datis p hūanam acquisitionē Capitulum primū.

Primo aūt sunt quedā

p dona bona q̄. s. dat de⁹ p bois acqsitionē sicut sunt oīa scie a reb⁹ acqste. vt puta. 7. liberales artes. phīa. theo⁸. cē. Silr t virtutes mozales frequētia t assuefactiōe operū generate. Eodem° diuitie delicie t magnifice tpales q̄ oīa t multitudo phōz atq; alioz fideliū a bonoz oīm largitore obtinerūt et acquiri possūt ipso donāte a pctōribus multis etiam dum permanēt i peccatis Propter Apo⁹. j. coz. 13. ait. Si linguis hoīm loquar et angelōz caritatem aūt non habeam factꝰ sum velut es sonans aut cymbalum tinniens Et iterū c. ii. ad ro Sine pēitentia etiā sunt dona. s. talia a deo data De bonis datis a deo melioribꝰ per inclinationem. Capitulū 2ᵐ

Ecūdo autem sunt da

t ta a deo melioza sicut sunt virtutes et sciencie naturales Similiter naturales diuitie atq; delicie que quidē naturam non corrūpunt sz illustrant et decorāt et meliorant. Virtutes aūt naturales vocamus naturalem prudētiam: naturalem iusticiam: naturalē fortitudinem: naturalem tēperantiā: naturalem mansuetudinē: naturalem pietatem: magnificentiā: grauitatē: zelū leticiam: amorē: gratiā mititatē et cōsimilia. Sciās naturales vocam⁹ que a natura nobis indite sunt sicut nūmet et eorū que sunt in alabus nostris Cuiusmodi est vivere intelligere gaudere tristari sperare timere: atq; opposita eorūdē. hoz tgitur est in nobis scia naturalis quoz nobis ignozatiā impossibilis est. Diuitie eīm naturales in corpe sūt sanitas. fortitudo: pulcritudo: libertas: nobilitas: sensuū probitas: psperitas et cōsimilia. In anima vero pspicacitas intēingenii rectitudo et memoria tenax tc̄. Delicie vero naturales honestatis sunt et hōeste. in reb⁹ vz hōestis hōestate naturali et p se nota sic delectāri de pfectū sciēciaz. delectari i bōis operibus et honestis. vt est delectari in subueniendo egenis. in honozandis parentibus in seruādo fidē amicis t sic de similib⁹. De dato optimo qđ est fides sup naturaz a deo sup infusa. Capitulū 3ᵐ

Tertio vero loco atqz

t sublimioz sunt data optima. et hec super naturā sunt. Propterea naturam nostram sursū sup semetipsam trahunt in sublime. s. ad gloziam eternalē Propter qđ manifeste pz talia data optima maioza t fortioza cē naturalibus nec nō etiā nobiliora et sublimioza. Et naturalibus eīm solū⁹ ducimur ad inferioza et nullomō. ā. naturaz vel naturalia: p ipsa vero ad supnaturalia t eterna. Et igitur inter naturā et gloriā gra inter media est. gloria aūt in fortitudine: magnitudine: nobilitate et sublimitate. vltima est seu suprema: necessario ex hiis oībus 2ª est gra et vltima est natura quasi minor ex oībus ꝗ̄ gra. Ex quo sequit qđ fides de qua hic loquimur quacūqz cognitione naturali maior fortior sublimior et nobilior ē. Propterea verū dicit qcūqz ait qđ nichil certius fide. Nec etiā repies vere fidelē qui nō prio⁹ cōcederet affirmationē et negatiōez de eodē dici posse ꝗ̄ vnū ex articulis fidei nō eē verū. Q̄ aūt fides gra sit et virtus ex hoc manifeste apparet qz nulla virtus ptra se eē pōt vel etiā sup se nulla potētia et hoc p se Et nulla xt⁹ vl potēª p semetipaz ē maior l fortior sc. Humanus igitur inteꝰ p semetipsum nō pōt credere ptra se vel sup se neqz vicere sc. Cum igit habeat necesse credere cōtra se: hoc est ptra oīa que pro eo sūt et sua sunt t quodā° ipm adiuuāt illumin...at t naturaliter fulciūt. Propterea necessariū sibi est credere ptra oīa sua naturalia aduētoria et ptra omnē illuminatiōez sibi pnaturalē Cū etiā credere nichil aliud sit ꝗ̄ illumiari et vi

pz credae

dere. Propterea necesse habet videre ptra oīe suū lumen naturale t illuminari. Vide re autē nequaq; pōt nec illuminari nisi p lumen: quare necesse est ipsum illuminari fortiori lumine t fortiori illuminatione ꝗ̄ naturali. Naturalib⁹ aūt illuminationib⁹ nulla fortioz est nisi gra aut glia. Ideo illumia tio eius cū in presenti nō possit esse glia t illuminationes naturales deuicat, necessario erit gra q̄ gratis a deo dat his q̄ humiliter suscipiūt illa. Unde 2°. c. ad ephe. Apo⁹ ait Gratia eīm saluati estis p fidem t hoc non ex vobis. s. soli dei eīm donū est nō ex operibus ne qs gloriet. Et bernard⁹ etiā ait Tras credit eīm fides fines rōnis hūane. negat vsū t experientie terminos. Et. j. coz. 12. c. Nemo pōt dicere do⁹ iesus nisi in spiritu scō. Ille nepe dicit do⁹ iesus in spu sancto q corde ozet opere oīm ihm ꝓfitet. Dō nobis adimple re cōcedat ipe do⁹ iesus xps. qui cū patre et

Feria 2ª post dnicam in ꝟo. qp fides sola est vna t determinata ad quā de necessitate obligamur Sermo tertius

Hanc manent fides

n spes caritas tria hec. Iterū vbi supra p iam dicta claresci qp necessariū est eē fidē t ꝗ̄ equ⁹ t dign⁹ ē mod⁹ credendi. iō ad tertiā contemplatiōnē de fide oculos subleuemus q̄ est de fidei singularitate. Tres enim singularitates cōtinet vera fides. Prima est vnionis. 2ª determinationis. 3ª est obligationis Propterea fm tres has singularitates tria misteria distingam⁹. Primū de fidei vnione. 2ᵐ de fidei determinatione. 3ᵐ de fidei obligatione

Articulus primus qp fides vera ex necessitate est vna sola.

Primum misteriū de

p fidei vnione. Vnā esse fidē ꝑcul dubio necessariū est i qua necesse ē vniri t adunari ppl'm dei q vere ē popul⁹ electoz ipsum vera religione colentiū. Hāc verā fidē probari pōt esse vnicā. Primo ex parte sui. 2° ex pte mūdi seu nīi. Ex parte ipsius dei ꝓbatur qp ex necessitate est vna. Capitulū primᵐ.

Primo autē dicamus

qp ex parte ipsius fidei necesse est esse vnicaz atq; solam. t hoc dupliciter. Primo fm suā essentiā. 2° quantū ad credita. Primo aūt mō fides est vna in seipsa fm suā essentiam. Non em opz vt diuersificetur ꝓpter diuersitatem creditoz: aut vt multiplicet ꝓpter multitudinē coīdē. Ratio est qm nō est ab ipis sz est diuine beneficētie gratuitū don⁹ t gra a solo sūmo opifice supinfusa. Si aut a reb⁹ esset necessario sequeretur dispōnes rerū in vnitate t multitudine t in idē...ate t diuersitate: quēadmodū est in arismetica et geome tria que diuerse sciētie sunt ꝓpter diuersitatem rez de quib⁹ sunt t a quibus etiam sunt velud ymbre t ymagines earū relucentes in speculo intellect⁹: sic necessario fides ac credulitas q̄ a rebus sunt aut eedez ꝓ idēntitate earū aut diuersē ꝓ diuersitate ipaz. Dis ār intellectiua qm nō ē a reb⁹ ipsis sz ab vno deo ...m bonz deo nō rerū dispōnes sequit vt dirum⁹ sz imitat vnitatē essentie sue manēs vna et eadē nō obsistente diuersitate aut multitudine intelligibiliū. Sic et fides ab vno t eodē datore deo vna pstitit atq; eadē non impedīte diuersitate vel multitudine creditoz vel credibiliū. Euidēs aūt exēplum est i virtute visibili t visionib⁹ q̄ ex eodē cā vna ē qua fides t vis intellectiua. 1° vero diuerse t multe ꝓpter eādē cām qua arismetica t geometria. Fides vero cautionaria t pignoratia hoc est ꝓbationib⁹ suasa vel exorta qm a ...ous est ꝗ̄ admodū t scientie mortue. segit dispōnē rerū t ꝓpter h° diuersificatur t multiplicat: sz diuersitatē et multitudinē rez de quibus t a quibus est. 2° aūtē mō fides est vna veritate creditoz: nō qua illa vnū sunt: sz qua vna sunt. i. cōia sunt credentib⁹. Cōitas aūt credēdoz q̄ vsualiter articuli fidei nū cupantur. alia sunt velud radices primitive t fundamenta primaria. alia sunt sicut rami diuidētes ab hmōi radicibus t sicut ptes diuisionis. de quibus infra dicetur.

Q̄ fides est vna de necessitate ex parte dei. Capitulū 2ᵐ.

Secundo necesse ē ex

t parte dei vnicam esse fidē. Scriptū est em ephe. 2. c°. vn⁹ dē⁹ vna fides vnū baptisma. Cū igitur creator oīm per oēz modū sit vnus in semetipso: t quicquid ē in seipo creator eqliter sit in oībus p

pterea quicqd debetur ei ppter se debetur ei ab oibus coiter. Preterea vna est in se veritas diuinaliu rex qua non diuersificat neqz variat in aliquo eox diuersitas vel varietas. Non em pendz vllo modo ex hoibus hmoi veritas rex vl disp̃mbus eorude. Hui aut veritatis vna est apprehetio qua ad apprehensum vel apprehensa lz sint varii modi apphensionu. Quigit ista apprehetio ppter cas qs in pcedeti ymone dirim9 no possit esse in potestate hoin. nisi credulitas necessario vna. io cois e credulitas hmoi rex si qua e in coitate hoim sicut cois est veritas. Credulitas ing supqua tanqz sup fundametu edificandus sit diuin9 cultus veraqz religio dei.

Sup errores (neqz sincer9 cult9 neqz va religio aliquo m°do fiidari pot cu error ptinax in reb9 hmoi ipietas z blasphemia aduersus deu. Eadem via e oidere qz cois est va credulitas de reb9 aliis qz dinis. Eadem em est vitas rex aliax ad religione ptinentiu eade ing apud oms z io cois de coi aut oib9 veritate cois est z necessaria vera credulitas. qre manifestu est de reb9 ad religione ptinentib9 sicut cois e z eade apud oms veritas. sic comune ee verā credulitate z eade apud oms.

Quicqd aut extra veram credulitate e error vtiqz necessario indicad9 e. oms igit est oem credulitate q coi fidei dicit ipietatis ee error. z io gladio z igne exterminadum.

Hi fides er pte hoim de necessitate est vna. Capitulum 3m.

Ertio ex parte homi

t nu seu mudi necesse e, fide ee vna

Cu em natura hoim eade sit apo oms z naturalis eade apud oms. io qcuqz debent creatoi rone nature vel naturaliu z iure naturali coiter ei debet ur ab oibus z apo oms. quare cult9 qui deo debet natural r: sue ppter sublimitas excellentia, sue ppter donox z beneficiox naturaliu obligatioez, cois est, z ide apud oms. qre z credulitas vera de reb9 oibus ad cultu ei9 z religione vera ptinetib9 q fundametu e cultus deo debiti z vere religionis eade est quatu ad credita apud oms z si i modo credendi possit esse varietas multa. Preterea sic religio vna et cois dz ee in hoib9 sic necessario vnu z ide finis fundamentu oz esse i eisde. Ilo e aut dubiu qn vna z cem oportet ee religione q de9 colat eiqz placeat et seruiat ab oibus. Od aut religio ne vna oporteat ee in oibus q religionis capaces sunt. ide manifestu est qm nec debitaz vite honestate cuiqz no seruare licitu e pot nec debitu deo cultu eidem no impedere. Cui cuqz igit sit debit9 deo cult9 illu necesse est ide ab oib9 exhiberi. Ilo em debit9 est ei simpliciter cultus q pot ei sine iniuria subtrahi vel negari. Hurta hanc via manifem est non ee debita vite honestate q sine de honestatio ne vite pot ab hoie no fuari vz qui est capax hui9 honestatis. Eode intelligim9 z de cultu qz pculdu no est simplicit deo debit9 q a quocuqz qui ydone9 est ad ipm colendu pot eidem absqz iniuria denegari. Propterea necesse est vna atqz eem fide fundametu esse religionis in oibus cu nuqz vlli licitu ee possit alia vita agere nisi qua colitur de9 q ei placetur atqz fruitur. Ex dictis igit pz vna esse catholica fide qua latine vlem dicimus seu coem q dicede e vni9 atqz cois religiois stabile fundamentu. Articul9 2q9 numerus credendox debet esse determinat9 fixus et certus z maxime ppter tria.

Ecundu misterium

s circa fide est de determinatione.

Determinatus em finit9 z certus esse dz numer9 credendox et maxime ppter tria. Primo rone cognitois. 2o rone affectionis. 3o rone opatiois seu executois. Numerus credendox oz ee determinat9 vt intellectu pcipi possit. Capitulu primum

Rimo eni oz esse de

d terminatus et cert9 numer9 credendox rone cognitois. Si em infinitus esset et interminat9 numer9 credendox intransibilis ess no solu doctrina z eruditoe: sz cogitatu z narratoe. Quare nec ad narratonem hmoi credendox sufficeret doctores nec ad auditu l cogitatonez eox sufficeret hoies. Multo igit min9 ad cognitioem vel credulitate ipox. io impossibilis ess hoib9 credulitas eox. Sz credulitate talis necesse est ee fundametu toti9 religiois sicut supi9 dictu e: Manifeste igit pns e religioez no posse fundari cu corda hoim in ghis solus religio fundata e credulitate infinita seu infinitox potare no possint. z ipi oparii seu fudatores h° e doct. z pdicatores fundametu hmoi neqz

docendo neqz predicando neqz etiam simpli citer narrado placere vllomodo sufficiant. Neqz em hūana virt9 ad enarratioez infuit qz sufficit z etia si sufficeret. ips hoc faciendum vita ista nequaqz heret cu tepus pntis vite finitu sit. Infinitis at narratoib9 qstucu qz bcnib9 ips finitu sufficere neqz p̃ t e eo q nullu finitu ifinita tata qcuqz qtitate demonstrata ptinere possit. Done igit hmoi esse infinita de quibus logmur e destruere credulitate eox q est fundametu religiois. z ppter h°religione insudabile facere qre z in edificabile. Hoc igit e destruere religione z etia de medio auferre salutare doctrina ac pdicatione fidei z religionis. Restat g° finita ee et determinata nuei o crededa ista fundamentalia religiois hūane. Numer9 credendox oz ee deteriat9 vt certo pascat affectoes. Epl's 2m

Ecūdo oz numerus

s credendox esse detetermiat9 z cert9 rone affectionis. Cu em affectiones sint cā opu diuini cult9 atqz apphetiones sint cā affectionu ad cultu dei. io necesse est diui cult9 opibus sub ee certas et determinatas apphensiones ex ghus pcedant affectiones. ex ghus causatur opa cult9 dei. Hee aut apprehensiones no pnt esse certitudines in coitate hoim ppter brevitate intellect9 z paucitate exercitatois indocti vulgi oimqz simpliciu z ignoratiu veritate qre ex necessitate hmoi apprehensiones no sunt nisi credulitates aut opiones q qm prima sunt in eis q ad veraz religione z diuu cultu ptinet necessario principia sunt z fundamta z radices illi9. Manifestu est igit certas ee z numero determinatas apphensioes de his q ptinet ad fundametu vere religiois. quare z ipa apphesa. Hec aut sunt q articuli fidei noiantur, ghus affectiones ad dei cultu adherent.

Numer9 credendox oz ee deteriat9 vt credita possint executoi madari. Capl'm 3m

Ertio oz esse nume

t rus credendox determinat9 et certus rone opatiois seu executois.

Nā aut alis, sut fruicia q coiter exhibeda sut deo a cuctis hoib9 z qb9 sine di iniuria z blasphea dici no pot aut neq si qs direcit qz nulla sut hmoi, legit g° nihil certu hēre vera religione sive divu cultu. Si em absqz di ptume lia vel blasphea pot dici vl abyno vel a pli b9 de quocuqz fu°qp ipm deo altissimo non debet. g° pculdu° nullu ei fuim. p certo debetur. Si em ei aliqd debet d illo no possz dici sine iniuria di qui ipi (beat. qre si deq° lz fu° pot dici sine iniuria dei qp ipi no debeat. p cto nullu ei debet. Simplis° euidenter etem certu e qp sine iniuria dei z pmelia no pot dici deu no ee adorādu: venerād. orād. et sic his silia. quare maifem e aliq ee fuia q necesse hui9 os hoies deo exhibere recognoscere z pfiteri. Dec at infinita ee no pnt qm si ifinita essent no solu exhiberi no posset sz neqz ea recognosci neqz numerari neqz notari. Certa igit et numero determiata sut fuia q coitas hoim ex necessitate tenet ipendere deo al no. Aggrega aut hoc e integer divus cult9 q scz ex necessitate deo exhibend9 e hoc e preter voluntaria z superogata. Articul9 3q9 quo° glibz oblig t ad fide z articulos eius.

Certu misteriu pfiderādu de fide e de ei9 obligatoe. Quilibz em obligat ad fidem sal' doct9 al' idoct9. ppter triplice fide distingui posse. Pria e fides habūdas. 2a fides sufficies. 3a fides deficies. De fide necessaria patis z viris doctis Capl'm primu.

Rima aut dicitur fi

p des habūdas q aliter explicita nu cupat. Talis fides e credere oms articlos fidei explicite. i. ptic'lariter z expsse Et m bonauturā i 3° d. 25. q. 3. b° no exigit de necessitate salutis nisi illis q hnt alios docere sic doc. z plati ptores z pfessores. vñ hi tenet scire fide explicita z distincta sm mi exigentia sui stat9 z gd9. Ma taliu ignoraa si errat no excusat i his q ptinet ad statu suu sic pbat ee de iuris z da. da. c. Si culpa 9. coz. tho. 22. q. 2. Ex symbolo aut hmoi obligant ad fide z noticia aliale triu scripturax ad maiore tn vl miore sm q expostulat hois ppriu offim seu stat9. Prima scriptura e nouu testamētu. ppterea i symbolo scripti e sm scripturas h° aut est dicere. Credo incarnatice xpi na. trinitate passioez resurrectioez ec. q de dño iesu xpo dictate spu sco i nouo testamento pscripta sut. 2a scriptura e testam vet9 qd etia i symbolo ptinet cu dr Qui locut9 est p pphas. Et ms quippe phe fuert q libros testamti veteris pscripserut: sicut pz de moyse qui primos quinq' libros biblie scripsit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Similiter iob. Salomon. ysaias. ps. z sic de aliis scriptoribus veteris testamenti. 3ª scriptura credenda est quicquid a sancta romana ecclia in decretis decretalib⁹ atq3 extravagantibus determinatur. qđ etiã in simbolo cõtinetur cũ dicit. Et vnaz sctãm catholicã z aplicam eccliam. Sunt quoq3 z alie scripture extra in triplici dra reperire ptingit. Et de his varie sentiendũ est. Nam q̃dam sunt approbate. quedã aũt reprobate. qđ vero dubitate q3. Primo em̃ sunt scripture quedam vltra predictas ab ecclia approbate. sicut cõter quatuor doctores principaliũ scripta. Itẽ opera beati cypriani. gregorii nazãzeni. athanasii. basilii. ysperi. leonis. cũ multis aliis.

De quibus i[illegible]c. Sancta romana ecclesia. Item opera beati bernardi. Itẽ op⁹ alexandri de al' de ordie mi[illegible] qđ fecit sup matia sẽtentiaz. De quo vt dr pz pisius in nostro cõuentu auctẽtica bulla. Sũt etiã pliq[illegible] de quibus longũ esset narrare. 2° queda sunt scripture [illegible] ecclia reprobate. De quibus 3 d. c. Sacta romana ecclia sclz hec z his similia vbi multoz scripta dãpnantur. Itẽ ex. de hereti. c. vnico. in clementinis cõdẽnatur doctrina libri qui de aĩa simplici nũcupatur vbi explicãtur plurimi illius libri errores. Per Johẽm quoq3 22m in quadã exũagãti q̃ incipit. Excoicatois sniam ipofacto incurrunt qui retinet libros i quib⁹ z p quos demones invocãtur. i. libros nigromẽtie. Sunt quoq3 phibiti libri in quib⁹ cõtinẽtur sortes [illegible]ria divinationes z ysilia. De quibus latius a libi dicemus. Librũ quoq3 de arte amãdi ab ouidio scriptũ quis apud xpicolas non dicat phibitum cũ etiã apud carnales infideles execrabilis putaret. Quãtũ quoq3 periclz. imo ruine [illegible]is casus sit fragiliũ mẽtiũ frequẽtare libros poeticos z lascivos cũ patẽti experiẽtia docz Apo⁹. j. coz. i 5. di. Corrũpunt bonos mores colloquia. pua q3° quoq3 sunt qđam scripture ab ecclia dubitate. Duplicit er etem̃ de illis ecclia dubitat. Primo quia firmiter auctorẽ nõ novit. Inter hos libros cõputatur liber de infantia salvatoris. De penitẽtia origenis sortes apłoz. Epystola domini ad abagarz scripta revelatio q̃ pauli appellatur trãsitus sctẽ marie. penitẽtia ade. collatones patrũ. de quib⁹ oibus z [illegible]ilib⁹ mlt̃is hẽtur in prealligato. c°. Sancta romana ecclia. scz in primis. i 5. dist. 3° quoq3 sũt alie scripture ab ecclia dubitate vel nõ approbate: vz alique opiniones diversoz doctoz etiã approbatoz inter se cõtradicentiũ in quibusdam que nõ sunt necessaria ad salutẽ. sic pz de salomone quẽ Aug⁹ opinatur esse dãpnatũ et ambrosius illũ esse salvatũ. z sic de multis ysimilibus. de quib⁹ ecclia pmittit varie sentiẽdũ: tam de antiquis q̃ de doctoribus nouis. Scom em̃ scotũ et hosti. quãdo sunt diversa iura et opiniones que tñ nõ sunt extra deũ z bonos mores ceteris paribus humani oz preferenda est ex̃. de Arãsac. c. fi. alias ei standũ est illi q̃ meliori rõm initiũ. ex. de fer. c. cappellanus.

De fide necessaria cõi vulgo sine qua nõ est salus. Capl'm 2m.

Ecunda autem dici

[illegible]tur fides sufficiens. Sunt in hũano genere multi qui ꝓpter brevitatem intellect⁹ aut paucitatẽ experiẽtie aut defectũ doctrine vel gre nõ capiũt explicite z exprẽsse. i. in particulari q̃ cõprehendunt ĩ simbolo hoc est in catholica fide. 3 nullũ est gen⁹ hoim in intellectu naturaliter a deo tardũ qđ saltẽ [illegible]vli z generali credulitate quid ad fundamtũ vere religionis ptinet capere non possit. Nullus em̃ oio in oibus reperitur qui credere nõ possit verũ eẽ quicqd sacris eloquiis ꝓtinetur quicqdspũ dei edocti hoies docuerũt credere eẽ. Silr de deo verũ esse quicqd de ipso ꝓphẽ phãuerũt. Nullus est em̃ a deo ptinax qui nõfacile acquiescat vt credat imitãdos esse sanctos z sapiẽtes viros. Imitãdos esse inq̃ in fide z moribus z qui nõ facile credat hmõi hoies videre vl' nosce veritatẽ quã indocti z vulgares hoies nũdũ capere sufficiũt. Propterea fm bonauãturã vbi supꝑ. Sufficiẽs fides est cũ hõ hmõi aliquos articulos credit implicite aliquos vero explicite. Et talis est fides necessaria ad salutẽ. Articuli aũt quos opz credere explicite isti precipue sunt. sclz veritas essentie trinitas psonaz. Sz qz in nomie pris z filii z spus sancti se signãt fideles z cõferunt ecclesiastica sacramenta: nõ ipo actu cõsignatois hic pñt scire fideles. Silr de redẽptione opz credere natiuitatẽ: passionẽ resurrectionẽ pctoz remissioẽz. et hos qdẽ cognoscere pñt ex ipis solẽnitatib⁹ quas ecclia solenizat aiz ex actibus sacdotũ. Propter

ab hoz cognitõne nullus excipit q̃ vtitur rõne. Silr tenet credere futurũ iudiciũ. Alios vero articulos sufficit credere implicite et ĩ quadã generalitate hoc m° vt hẽat p hos ꝓ positũ credẽdi quicquid romana ecclia credit in quibus dissentiẽdi a nullo. z cũ a catholicis et platis seu doctoribus⁹ explicantur acquiescẽdo. De fide q̃ nõ sufficit ad salutem que hic condempnatur triplici ratione. Capitulũ 3m

Extra fides. deficiẽs

nuncupat. Nã fm bonauãturam vbi supra. credere oms articulos implicite est fidei diminute. Vñ nõ sufficit ĩ hmõi⁹ vsuz liberi arbitrij qz oio esse nõ pot q̃ cõversatus inter fideles nisi sit negligens z coẽptoz salutis sue qn hẽat explicitã cognitionẽ de aliquib⁹ articulis supdictis. Imsup fides illuminat ad assentiendũ illis. Qđ aut talis fides nõ sufficiat ad salutẽ pot triplici rõe ꝓbari. Nã qlibz obligat. Primo ad dei cognitionẽ. 2° ad dei dilectionẽ. 3° ad dei subiectionẽ. Primo aũt de necessitate salutis q̃ libz obligat ad dei cognitionẽ. Silr em̃ privilegio excẽptus est intellect⁹ Iulianus a diuino cultu et vera religiõe qadmodu nec affect⁹. Illa em̃ q̃ sunt in intellectu h° est apphensiones principia sunt z cãe atq3 fundamta e oz q̃ sunt in affectu. Silr ea q̃ sunt in affectu h° est affectiones. cause sunt et principia atq3 fundamenta eorum que sunt in affectu id est in opatõe. quare religio intellect⁹. ea est ptim atq3 fundamẽtu totius sequẽtis religiois atq3 diuini cult⁹. Religio aũt intellect⁹ nõ pot eẽ nisi apphẽsio. Apphẽsio aũt ĩcõitate hoim nõ pot esse certitudo ꝓpter cãs iam ꝓdictas. quare credulitas ẽ necessaria religio intellect⁹. Necesse est aũt oem intellectũ capacẽ religionis religiosum esse: ne z deo iniurieť z penã tante iniurie iuste incurrat. Jn oi igit intellectu hũano necesse est fundari credulitatẽ religiosã in intellectu inq̃ q̃ pot eẽ capax illius: qđ dicim⁹ ꝓpter pvulos z alios ipeditos. Nec aũt credulitas qz necessario est de his q̃ pariũt in nobis affectiões ex gb⁹ sunt opatiões d[illegible]ini cult⁹ necessario est de rebus quas dicim⁹ z de similib⁹. q 2° qlibz de necessitate teneť ad dilectionẽ et affectionẽ qđ modũ null⁹ ho[illegible]ercept⁹ est nisi ꝓvilegio dyabolico qđ ẽ ptinax in deũ blasphemia vl' cõtumelia except⁹ inq̃ ab opib⁹ deo ex necessitate debitis: sic neq3 ab affectiõib⁹ ex qb⁹ debent esse hmõi opationes. gre nec ab apphẽsionib⁹ q̃ causãt hmõi affectiões. Dce aũt sũt sic predictũ ẽ apphẽsiones radicales articloz fidei z credulitas eorũde. Ex qua manifeste apparet a credulitate articloz fidei nullum hoiez credulitatis capacẽ excẽptũ. ymmo ad illã eodẽ iure teneri oẽs z singulos quotenenť ad ipam religiõez z diuinũ cultũ. 3° q libz de necessitate teneť deo [illegible]i subiectione. Nullũ quidẽ dubiũ est nemine deũ colere nisi q̃ credit ipm eẽ: z nisi q̃ credit de eo [illegible]la ꝓpter q̃ merito dẽtur eidẽ [illegible]⁹ quẽipi impẽdit. Verbigra. Nemo exhibet ei fuitutis offm nisi q̃ credit z reputat eu[illegible]i dñm. Similiter nemo ipẽditrei latrie cultu nisi q̃ creditipz eẽ deũ. et iuxta hunc [illegible]odũ. nemo orat vel adorat illũ nisi q̃ credit eũ se posse scire z velle iuvare z ita se hz p singulas ptes dini cult⁹ ac vere religiõis. Quare manifestũ est cũ generat ꝓportionabiles sint ptes et eoz tota: qz integro diuino cultu h° est ex oibus debitis deo fuiciis aggregato subest ex necessitate fides integra h° est ex oib⁹ articlis aggregata ad quoz credulitatũ necessario tenent qcũq3 ad exhibitionẽ diuini cult⁹ z vere religionis obtinentia obligati si[illegible]t. Sciendũ ẽ aũt fm alex. de al' z bõauãturã q̃ nato z nutrito in defto cui nulla explicaᵒ facta ẽ de aliquo articulo fidei sufficit ꝓparative z si nõ explective fides oim iplicita. i. credere de õo qđ credebat in lege nature. et ad hoc illuminat cognitio ĩnata p grãm adiuta. quo facto ipossibile ẽ qn assit subveniẽs in necessariis gra dei. vel pseverãdo vel p angelũ illuminãdo vel p hoiez ꝓdicãdo. Quã nobis ꝓcedat q̃ est bñdict⁹ in scla sclorz Amen.

Feria 3ª post dñica i 5o. de fidei nobilitate vbi iz. ei⁹ nobilitates declarãt. fmo 4⁹

Unc manent fides

n[illegible]spes caritas tria hec. Iterũ vbi sup. Dilũ est in prẽdict⁹ q̃ sola vnica ẽ fides z in qbus determinata sit q̃q3 oẽs obligant ad eã nũc aũt restat quarta ei⁹ ꝓtemplatoez ꝓsiderare q̃ ẽ de fidei grositate. Duodecim em̃ sũt ei⁹ grositates. quaz quatuor ptin[illegible]t ad incipiẽtes quatuor ad ꝓficiẽtes z quatuor ad ꝓfectos. Primo ꝓ incipiẽtibus nota quatuor grositates. quaz prima dr

Prima fundatio 2ª purgatio. 3ª vinifica° 4ª illuminatio 2° pro pficientibus. qua tuor alias grōstrates ꝓsidera: quarū prima dicitur distinctio 2ª ꝓnerio 3ª desponsatio. 4ª protectio seu defen 3° etiā p pfcis quatuor addātur grōstrates: quar prima dicitur probatio 2ª opatio 3ª triūphatio 4ª coronatio.

¶ Articulus primus de quatuor nobilitatibus fidei ꝓmentibus ad incipiētes. Et pmo ostenditur fides ē fundamentū totius edificii spūalis. Primū capl'm.

Prima quidez gratio

p stas ꝓvere fidei fundaº nuncupat. Fides enī sicut ex ꝓcedentibus pz est fundamentū totius edificii spūalis. i. oīs grē et omis glie. Propterea Apoº. ii. c. ad hebr. fidem diffiniēs ait. Fides ē substātia sperandarū rerū argumentū nō apparētium. Quā diffinitionē declarās Bonauātura ait. ꝺ. 23. q. 3. ait. ꝙ diffinitio ꝛ notificaº est recte assignata cū nihil cōtinet superfluū nihil etiā diminutū. ꝛ hoc est quādo p ipsam notificationē ipius diffiniti Primo essentia plene indicatur. 2° apte manifestatur. 3° ab oībus alīs separatur. ¶ Hoc est in ꝓposito repire si quis bene aduertit. Primo enī fidei essentia indicatur. ꝓpria fides ſm essentiā suā aliquid respicit ex parte affectus et aliquid ex parte intellectus: qz hz affectū stabilire ꝛ intellectū illuminare. Primo enī ingtū hz affectū stabilire dr sba. q. substās fundamentū 2° ingtū hz intellectū illuminare dicitur argumētum. 2° p diffinitōem res aperte manifestatur. ¶ Et qm̄ hitus virtutis dupliciter notificari habet. s. p finē vltimū ꝛ per suū obiectū. ideo hec duo apoˢ manifestat. Primo finem vltimū: finis āt ipsius fidei consistit in eterna beatitudine quā speramus. ideo dicit sperandarū rerū 2° suū obiectū qō ꝓsistit i veritate nō visa. et ideo dicit nō apparentium 3° p diffinitionē res ab oībus separatur. Habz enī fides infōrmis separari a fide formata ꝛ distingui ab habitū cuiusz alterius virtutis. Primo enim distingui hz a fide infōrmi ingtum sustentat totam fabricā spūalem ideo dr substātia sperendarū rerū 2° aut ab alīs hitibus virtutū ingtū veritati nō visę facit adherere. iō dr argumentū nō apparentium. Et sic pz qđ ꝓdicta notificatio nihil ꝓtinet superfluū nec diminutū nec est in ea clausula nec dictō superflua: imo etiā nec sillaba ociosa. Sicut igit ſm phm. argentū viuū principiū est oīm metallorū ꝛ albedo cunctorū colorū sic fides ē principiū oīm virtutū atqz donorū. Est etiā radix oīm grārū Vñ augˢ sup Jo. Sicut in radice arboris nulla prorsus spēs apparet pulcritudinis ꝛ tn quicquid est i arbore pulcritudinis vel decoris ex illa ꝓcedit. Sic ex fidei humilitate qcquid meriti qcquid beatitudinis aīa suscepturā est ex fidei fundamēto ꝓcedit qō ps vnico verbo manifestat cū ait. Omnia opa eius in fide.

¶ Qđ per fidem viuā oīa peccata ab aīa expurgantur. Capitulū 2m.

Ecūda grōsitas fi

ſ dei purgatio nominat. Purgat em̄ aīa ab oībus inqnantis ꝛ culpis cū in ea fides est viua. qđadmodū cū fortissimā ꝓcupiām timor erubescētie aut mortis extinguit ꝛ per opiniones sortē aut dubitationē cū ipsa dubitatio sortis fuerit. sic vtiqz3 fides oēm labē diluit pctōr. sicut Act. i. c. scriptū est: fide purgās pctā eorū. Vno enī modo lur d alioˢ patibulū: atqz alioˢ ꝓtor latrones effugat. Sic nihil ꝓhibet fidei lucē fugare vicia ꝛ pctā ꝛ vnā quāqz virtutez in aīa inserere ꝛ plātare. iō ꝓuerb. 15. scriptū ē. Per mīam ꝛ fidē purgātur pctā. Vnde bernardˢ in epla quada. Sola fides, ꝛ mētis ad deū ꝓuersio sine effusiōe sāguis ꝛ sine pfusiōe aque salm̄ sine dubio opar volēti. ſz nō valēti ꝓhibente necessitatis articlo baptizari. qō etiā pz de ꝓse. ꝺ. 4. c. Baptismi vbi oñdit qđ fides suplet vbi deficit baptismˢ vel aliud sacramentum.

¶ Qđ aīe vita est vera fides. Cpl'm 3m

Ertia fidei gratio

sitas vinificaº dicit. Fides em̄ vita est aīe ꝛ sine fide mortua. Vñ abac. 2. Justˢ meus ex fide viuit. Et Ro. 1. Justˢ ex fide viuit. Tante nāqz vivacitatis ē hec virtˢ vt mortis torporē qˢmēs hūana ad salubria moueri nō ꝓmittit oīo āmoueat. timoris etiā fortissimi ꝛ amoris mundi incitat ꝛ excitat. Vñ sil'is ēradio ꝛ calor solaris cuius vigore reuiuiscunt plante ꝛ herbe arbores ꝛ cūcta virēa terre. Sil'is ē etiā radicīnā vita radicis vita totiˢ arboris ē qđ si arescit ꝛ mori

tur tota vis arboris pit. Itē sil'is ē cordi oīa in corpore vinificāti.

¶ Qđ lumē aīe ē fides vera. Cpl'm quartū

Carta fidei gratiosi

q tas vocat illumīatio. Illuminat nāqz p ipam intellˢ huanˢ ad inuisibilia cognoscenda. Vñ Jsat. 9. c. doˢ ait cecis. Credite qz hoc possū facere vobis ꝛ tenebras oculos eorū dicit fidē vrām fiat vobis. Et apti sunt oculi eorū. Vñ augˢ. Quid est fides nisi credere qđ nō vides. Credimˢ em̄ vt cognoscamˢ qz intellectˢ nr̄ attingere nō pōt ea q sunt sup̄ naturā nisi p fidei virtutē. Circa qđ sunt duo naturā nisi p fidei virtutē. Circa qđ aduertēdū ē qˢ deˢ duplr cognosci pōt scz cognitiōe naturali ꝛ cognitiōe acc̄itali. Naturalis etiā cognitō duplex est. scz prima añ pctm̄ qđ hō cognoscebat deū apte in creaturis 2ª poˢ pctm̄ ꝛ ē p speculm̄ in enigmate sicut scriptū est. 1. cor. 13. Videmˢ nunc p speculū in enigmate. Accidētal' cognitio tripler est. Prima ē acquisita p rōnes naturales: ꝛ hāc habuerūt phi. ꝛ dicit scia. Vñ Apoˢ. i. c. Ro°. Qui cū cognouissent deū nō sicut deū glificauerūt aut gras egerūt. sz euanuerūt in cogitatiōbˢ suis ꝛ obscuratū est insipiēs cor eorū. 2ª est qđ hētur testimonijs scripturarū ꝛ miraculorū: ꝛ hec cognitio dr fides informis ꝛ mortua. 3ª est qđ hētur ex caritate ꝛ hec dr fides formata ꝛ viua: et p talez cognitōnē assentit aīa prime veritati ꝓpter se ꝛ sup oīa. Vñ aduenīte ea pcunt oēs alie cognitiones accidētales adminˢ quo ad actˢ. De hac fide Augˢ ait. Fides est res audar ꝛ improbabiles quo nō ptingit intelligētia. Ipa em̄ est qđ ascendit sup̄ cherubin ꝛ volat sup̄ seraphin senas alas hītia. Et bernardˢ sup̄ cāti ca. Quid ē qō nō inueniat fides: iacingit in accessa, deprehendit ignota, ꝓpēdit īmēsa, apprehendit vniuersa. Ipam nēpe eternitatē suo sinu quodā circūcludit. Et de luie fidi. Ecclīastes. ii°. Dulce lumen et delectabile oculis est videre solē. i. p fidem cognoscere deū. Vñ augˢ diffinies qđ tū ad obiectū 2ꝓi cipiū motiuū ipaz fidē ait. Fides ē illumiatō mentis ad summā veritatē. Et idē sup Jo. Noli intelligere vt credas, sz crede vt intelligas: igit im. llectˢ merces fidei est. Crisoˢ etiā inquit sup Jsat. Fides lampas ē qz sic lampas illumiat domū. ita fides aīaz: Hec luce aīe irradiāt ad celestia distinguūt ꝛ occulta eis misteria declarātur. Tanta est em̄ luminositas huiˢ virtutis cū viua est. vt tenebras norie incredulitatis aut pculose ignorātie de his qđ ad salutē necessaria sūt nullatenˢ patiatur.

¶ Articulus 2° De quatuor nobilitatibus fidei qđ pertinēt a pficientes. Et primo qˢ fides distinguit inter reprobos ꝛ saluandos. Capitulū primū.

Prima gratiositas

p ptinēs ad pficientes ꝺ. Functio dicī pōt. Per fidē em̄ distinguūtur reprobi ab electis Vñ Rº 1. Signū accepit circūcisionis signaculū iustitie fidei distinguit sapientes ab insipientibˢ: Vñ Apoc. 14 Hec est sapientia scientiorū qui ci odiūt mandata dei ꝛ fidē ihesu. Nam sine fide falsa est virtus etiā in optimis mo bus. Vñ Apoˢ. 14 c. ad ro. ait. Oīne qō nō est ex fide pctm̄ est. Et lu ii°. doˢ inquit. Qui nō est mecū sciz p veram fidē aduersus me est. et qui no colligit mecū: scz merita p fidē formatā dispergit. Et ad hebr. ii° Apoˢ ait. Sine fide impossibile est placere deo.

¶ Qđ p fidē omnes homīes in simul cōiunguntur. Capitulum secundū.

Ecunda gratiositas

ſ dicitur nexio seu cōiūctio. Omia em̄ membra militātis ecclie p fidem insimul ꝓnectuntur vel cōiungūtur. Per qđ em̄ ꝓtegitur parentibus filius nisi p fidem: qz nescit illos suos esse parētes nisi per fidē. sic de fratribus ꝛ sororibus ꝛ oī alia parentella. Preterea etiā p fidē credimˢ aliquē esse reū accusantiū testimonio: qz eis credimus. Tolle fidē ꝛ tollis oēm vnitatē ꝛ naturalez ꝛ supnaturalē. Vñ bernardˢ sup̄ cātica Dicamus fidē vitē virtutes palmites, botrum opus deuotionē vinū. De hac ꝓnexione. ꝙ. ii Erit fides cictoriū rerū ei. Renes sunt ptes infirmiores ꝛ inferiores. Partes vero superiores humeri sūt. Sic fideles hñt pᵉ caput. s. xm ptes superiores. i. hūeros aias in celi regnātes. Et ptes rerū. i. ꝓuersantes i mūdo hñt etiā crura. i. exūtes in purgatō. Caritas āt vt dr col. 3. est vinculum pfectōis: qz caritas nūqz excidit sic dicit apoˢ. 1. cor. 13. ꝛ ꝓnectit membra vtriusq, ecclie militātis. s. ꝛ triūphātis cū capite nr̄o xº. ¶ Per fidē aīa a deo desponsatur Cpl'm 3m

Ercia gratiositas di

cit despōsatio: qz p fidē xpo spōso
aia desponsat: vt qī fides sit anu
lus despōsatōis ei⁹. sicut ozee. 2. scriptū est.
Despōsabo te mihi i fi t. i. thi. 2. Saluabit p filiozz. i. p
manserit i fide. i. sin fide pseuerauerit. In
hui⁹ mīsteriū. Luce. i 5. Anul⁹ in manu
filii p dat⁹ est vt p ānulū despōsatio denoter. sicut 2ª. coz. ii. apl's ait Despondi em
vos vn virg ginē castā exhibere xpo Oer
manu vo opa demōstrant. qz sicut Jaco. i.
can ce sue ait ides sine opib⁹ moztua ē.

¶ Fides defensa animam a cōtrariis suis.
Capitulū quartū.

ua a fidei gratiosi

q tas: ptecti u defensio dicta est
Protegit et defendit aia p fidē a
mundi superbia luxuria z auaritia. De i.
Jo. 2. Dē qd ē i mūdo ocupiscaris e cu
piscētia. o z superbia vite. Et deut. 8. In
tudie illa magna. i. i mūdo ē xpēs flatu adu
res hoc ē luxuria. z scozpio brachis amplectēs hoc ē superbia mlta ambiēs z dipsas q ē
serpēs hoiez occidēs pstim cū momozderit
eū. z hoc ē auaritia Cōtra hec. i. pe. 5. scrip.
est. Aduer vr diabol⁹ zc. Dñ fideles fi
gurant in coluna nubis i die refrigerās ppl'z
in desto. exodi. 13. c. Et p nocte illuians eu3
vñ Eph. vl°. In oibus sumētes scutū fidei
Et ps. Scuto circūd. te vitas ei⁹ zc. totu z
Cadēt a latere tuo mille zc. Et dañ. 6. Inul
la lesio inuēta est i eo q credit dō. Ad hoc am
bro. sup bti immaculati. Fides in exercitata
lāgescit z crebris ociosa tentat incōmodis.
remissas ercubias callid⁹ insidiator irrūpit.
assueri ūt bello virū hosterna fraus ilstruit z
gl'io puebit palma victorie. Dar ergo fi/
dei corruptele materia est.

¶ Articulus secūdus de quatuor nobilitatibus fidei q̄ ptinent ad pfectos. Et primo
q̄ per fidē aia ꝓbat. Capitulū primum.

rima fidei gratiositas

ꝓueniēs ad pfectos ꝓbatio notatur
In tribulatōib⁹ em ꝓbat xa fides
Dñi. j. pe. j. scriptū est. Judicū nūc si oportet
ꝓtristari in variis tētatōnib⁹ vt p lo fidei
vre pciosior sit auro qd p ignē ꝓbat zc. Et
iudith. 8. Tētati sunt pcēs nr̄i vt ꝓbarent si
vere colerent deū suū. Jeozes esse debēt
quomodo pater nr̄ abraha tētatus ē: z per
multas tribulationes ꝓbatus amicus ef
fectus est sic ysaac sic iacob sic moyses z oēs
q placuerūt deo p multas tribulatōes transierūt fideles. Hec ibi. Et bern. de. 12. gradibus humilitatis. Qualis sit cuiusq3 fides tribulatio ꝓbat.

¶ Dō oia miracula virtute fidei ꝓpetrant
Capitulū secundū.

Ecūda fidei gratiosi

t tas est opatio s. miraculoz q̄ gdē
xtuti fidei tribuūt. vñ Jac. vl°
dñs ait. Signa aūt eos q crediderit: hec sequent. In nōie meo demoni eiciēt lin. lo.
no. ꝓpētes tollēt z si mor. gd bibe. nō eis nocebit. Sup egros man⁹ imponēt z bñ habebunt
Attribuunt aūt miracla xtuti fidei ꝑm bonā. in cētilogo: qz ipa est ꝓma xtus q̄ sup
se eleuat inte⁹ captiuās eū in obsequiū iesu
xpi. z ō meret ō ꝓgruo apud deū op⁹ arduū
ipetrare ad qd nō se extēdit possibilitas admirātis. Et hoc est qd tāgit in diffinitōe miraculi. Miraculū est arduū z insolitū opus
sup spē z fa tatē admiratis ꝓsilēs. Jdeo
Jac. i 5. chananee dñs ait. O mulier magnaē fides tua: fiat tibi sicut vis. z sanata ē
filia ei⁹ ex illa hoza. Jath. quoq3. i 7. dñs
ait. Si habueritis fidē sicut granū synapis. s:
feruidā patientez humilē z fortē. dicetis huic
mōti transi hinc z trāsibit: z nichil erit vobis
ipossibile. vñ Ero. i 4. Cū extendisset moyses
manū dimissa est aqua: z ingressi sunt filii israel p medium sicci maris. eratq3 aqua quasi
mur⁹ a dextris eoz z lena. Et iterū Jath.
9. domin⁹. Si potes credere oia possibilia
sunt credēti. Et iterū Jac. 2i. Ficulnea ex
maledictōe dñi arefacta miracl⁹ discipulis
ait. Amē dico vobis si habueritis fidē et nō
hesitaueritis: nō solū de ficulnea facietis. s3
z si mōti huic dixeritis tolle te z iacta te in
mare z ita fiet. Et oia quecūq3 petieritis in
oze credētes accipietis ¶ Exempla notabile a pleriq3 narrat. q̄ cū gētiles catholicos
oppressissent eosq3 tn sinerēt viuere sub tributo rector illi⁹ patrie eos z d cos cōcauit. vt de catholica fide redderet rationē.
Solēm disputatiōe tā facta tāq3 ꝓfutatis et
ꝓuictis erroꝛib⁹ paganoꝛ ait iudex fidelib⁹.

Si direāt Iesus xp̄s. Si habueritis fidem
zc. vt dicetis est rñdentib⁹ illis q̄ sic ait. ergo
vos tali die mōtē illū q̄ est in terra mea i ma
re m legē vīam transferatis aut ler vra fal
sa appebit: z vos sicut infideles sustinebitis
sniam capitalē Cum aūt ad hoc dies ꝓsisniam capitalē Cum aūt ad hoc dies ꝓsi/
gnata fuisset indurēt catholici iciuniū z ora
tionē. cūq3 ad pfectū die mesti clerici z catholici ꝓuenirēt. fidelis qdā cām mesti⁹ req̄siuit.
Et causa audita assumpto martello die ꝓsignata ad mōtis radicē ꝓuenit. Sequēte aūt
eū multitudine fideliuz cum mestitia cordis
eōis ait. Dixit ne de⁹ hoc i euāgelio nr̄o. gb⁹
rñderit⁹ q̄ sic ait Quōvoſ ergo sup h⁹ trepidatis. Et itrepido aio fideq3 secur⁹ cuz martello montē peutiēs ait. O mōs in nōie dñi
nr̄i iesu xp̄i q̄ hodie dixit pcipio tibi vt hīc trāsferas te in mare. q̄ statim quit impetranti.

¶ Dō xtute fidei oia tentamēta et male cōsuetudines triumphantur. cap. tercīū.

ercia gracliositas tri

t umphatio ōz. Triūphat em aīa p
ardozē fidei oia tētamta. vñ apoc
19. scrip. ē. Et ecce equ⁹ albus z q̄ sedebat su
per eū vocabat fidelis z verax i. Joh. 5.
ōz. Oīe qd natū est ex dō vinc mūdum: et
hec ē victoria q̄ vicit mūdū fides nra. Et ad
hebz. ii. Scti p fidē vicer regna zc. et iterū
i. Reg. 17. Tulit dō lapidē vnū z fuda iecit
z pcussit philisteū in fronte z ifixus ē lapis z
cecidit in facie sua. Vt inuaſ q̄ diabolica tē
tamēta z vincula malozūq3 desideria. z ma/
li amozes virtute fidei disrūpūt. pternūtur z
adnichilant. In ingressu em ipi⁹ moles ma
lax ꝓsuetudinū de mēte quā illustrat cadūt.
sicut testat̄ ps. 47. Jpi videntes. s. p lumen
fidei sic admirati st ō malicius ꝓsuetudis ma
le turbati sunt: sez p xtritōem ꝓmoti sunt ꝛ
malā ꝓsuetudinē: tremoz apphēdit eos Ubi
idest in aīa illa fideli. dolores vt parturientis
ppt̄ verā ꝓfessionē. In spū vehemēti ꝓteres
naues tharsis. Nauis multos cū portet consuetudinem malā designat q̄ multos ad eter
nū supplicium gerit. Tharsis dissipans speculā interpat̄: vt per hoc ostendat̄ q̄ cōsuetudines in obus vnus alterū quasi speculuz
respiciend gēin ruinam per feruoꝛē fidei
dissipantur z relinquūtur.

¶ Dō per pseuerantē fidem aīa in gl'ia coronatur. cap. quartum.

uarta gratiositas co

q ronatio notatur. Per ipam ei aia
in gl'ia coronat. Unde anime fideli Apoc. 2. dns ait. o fidelis vsq3 ad mortem: z dabo ti. coro. Ille Ubi dns dicit tria.
Primo petit fidelitatē qua nihil pciosi⁹ sūtio xpi putet, ppter qd dīm derelinquat. ideo
ait. Esto fidelis Secūdo petit pseue ā. s.
vt ppter tribulatōes z tentatōes in fide non
deficiat. Jath. 24. c. Qui p pseueraverit vsq3 in finē hic sal. erit. Propterea subdit. vsq3 ad mortē. Cu em boi nihil ter li
us sit morte ceteras tribu es facilit vincit q̄ ppter xp̄m morti nō cedit. Et merito q̄
dem vsq3 ad mortē ait. Jo m̄ min⁹ debet
deo q̄s tpali dño. Sūt nāq3 p q̄s tpalē dominū ita diligūt vt se tpali morti exponant.
Et satis qdē iniuste c iste in eius seruitō
pl⁹ impēdat q̄s ille restituere valeat. Tale nā
q3 o quiū soli deo debet q̄ solus restitue/
re su icit oīe damnū. Talis nāq3 zel⁹ debz
in q.olibz xp̄iano eē de fide xp̄i vt poti⁹ velit
fidelē sanguinē fundere q̄s fidem xp̄i negare.
Tercio aūt talibus, pmittit coronam: ō subdit. Et dabo tibi coronā vite. Vita em dele/
ctatōez habet. Corona vero ꝓpter circulum i quo pficit eternitatem de strat. Corona ergo vite eterne dele⁹ seu gl'ia vel leticia
est quē dig⁹ illis redditur q̄ p fide xp̄i vsq3 ad
mortē cūcta aspera patiūtur. Dec duodeci
gratiositates fidei duodecim fructus ligni vi
te sunt nominari. Propterea, puerbioz
3. c. mistice scriptum est Lignum vite est his
qui apprehenderit eam: z q̄ tenuerit ea btus
O grosaz amabilis fidei virt⁹! Quis igitur
te non amabit q̄ fundamentū es oīs gratie
z virtutis: purgas peccata: viuificas aīas: illuminas cecos: distinguis electos: pnec mē
bza capiti nostro christo animas fideles dñi
facis spōsas, ptegis z defendis. pbas iustos
miracula oparis. in oībus triumphas atz
eterna felicitate pseuerantes in te coronas.
Inter quos ꝓnumerabiles reddat nos dns
iesus xp̄s q̄ est benedictus in secula scl'oz. ā.

¶ In die cinerum de sacro ieiunio.
Sermo quintus.

um ieunatis nolite

t tis. Pro cui⁹ intelligentia notandū ē q̄ donū sapientie disponit ad pacē: q2 sapiētia iūgit mentē sūmo t vero bono in quo est finis t transquillitas toti⁹ appetitus rōnis. et hec par est beatitudo illa: de qua dō⁹ Jat. 5. iquit. Beati qui ꝓsecutionē patiūtur ꝓpter iusticiā. q. ip. ē re. celoꝝ. quia tanta delectatōe fertur in tales ꝓsecutiones vt eas in hac vita eligat p summa beatitudine sua. Et hac quidē beatitudine iā adepta, ex necessitate suphabūdat quedā delectatio spiritualis q̄ gaudiū nominatur et inter. 12. fructus spūs ab apostolo. gal. 5. numeratur.

Er hoc nēpe gaudio tripler iocunditas ī talibus iustis de aduersis generatur etiā ī presenti videlz prima est iocūditas mētalis, 2ª est iocūditas cozporalis 3ª est iocunditas celestialis. Prima est iocunditas mentalis que mensuratur etiā ꝑm habūdantiā precedētiū passionū. Vnde ps inquit. Secundū multitudinem dolo.me.in coz.meo cōsolatiōes tue leti. a. numā meā. Et alibi idem ait. Letati sumus pro diebus quibus humiliasti nos. annis quibus vidimus mala. 2ª est iocunditas cozporalis. Vnde scriptum est Act. 5. q ibant apostoli gaudentes a cōspectu. cōsilii quia digni habiti sunt pro nomīe iesu pti. pati. Et ad col. 1. de se Apo⁹ ait. Gaudeo in passiōibus meis. Vnde tales ꝑ ps dicunt. Transiuimus per ignē et aquā. et ē. nos in refrigeriū. Sicut beatus laurentius expert⁹ est cui carbones preualuerūt refrigeriū. 3ª ē iocunditas celestialis que ex duabus precedentibus generatur: de quibus beat⁹ Aug. in c. ait. Omne gaudiū. s. spirituale et cozporale existimate fratres cū in varias tentationes inciderītis. Et iterū Jo. 16 dns ait. Tristitia vestra ꝑ. in g. et gau. ve. nemo tollet a vobis. Seneca quoq; in li⁹ de prouidentia ingt. Gaudēt magni viri rebus aduersis nō aliter q̄ viri fortes bellī triūpho. Et. 2. cor. 1. Pater misericordiaꝝ et deus totius cōsolatiōis qui cōsolatur nos in omni tribulatiōe nostra. Hec est iocunditas de qua dō⁹ Luc. 22. ait. Ego dispono vobis sic disposuit mihi pater meus regnū vt edatis et bibatis sup mensam meā in regno meo. Et passio et aduersitas in regno meo. Dō nobis cōcedat post nostras tribulationes ipe dō⁹ iesus rps vt cum patre et ipso filio et. s. sancto edamus et bibamus super mensā ei⁹ in regno celoz. nūc ꝑ gratiā et in futuro ꝑ gloriam ꝑ infinita scla seculoꝝ Amen.

Dominica prima in .40. in mane ordo discendoz per totam septimanā sequentem.

Sermo nonus.

omnū deum tuum

adorabis et illi soli seruies. Hiar. 4. c. Nolitis xpiane religionis operibus satisfactoriis atq; per patientiam cōprobatis iam ad dilatationē eius accedendum est. Propter quod octo religiositates pro presenti septimana per ordinem distinguamus. 1ª est religiositas honorans. vbi de diuino honore et cultu diuinissime trinitatis agemus. 2ª religiositas dicitur reformans: vbi de ydolatrie origine culpa et causis disseremus. 3ª ē religiositas timorās vbi materia vlti iudicii distinguet. 4ª religiositas est cōterens vbi cōtritionis materia declaratur. 5ª est religiositas expauescens vbi pronuntiat. 12. pericula: in quibus periclitant pectatores in vltimo fine. 6ª est religiositas cōstringens vbi de. 12. doloribus qui celeratis supueniūt in hora mortis agemus. 7ª est religiositas cōfitens vbi cōfessionis preparatio discretio et integratio ostendetur. 8ª est religiositas regulans vbi demōstrabitur pfectio sacre religionis.

De honore et cultu dei seu sanctissime trinitatis. Et primo ponūtur tria credibilia fūdamenta necessaria ad salutem.

Sermo nonus.

Primo pro prima re

p ligiositate q̄ honorans nūcupatur dominus ait. Dominū deū tuum adorabis et illi soli seruies. Iterū vbi sup. Audi cui⁹ intelligentiā notandū est q̄ tria sunt tam necessaria ad credendum q̄ sine eoz credulitate non est homini salus. Primū est credere deum esse. 2ᵐ credere deum esse vnicū creatorem. 3ᵐ credere deū esse trinū et vnum.

Primū inq̄ et radicale fundamentū oīm credendoz est credere deū esse. hoc cū sublato nihil de eo creditur ꝓpter quod cultus ei et honorificentia ipendatur. Nullus enī honoz nullus timoz nullus amoz ei ipendetur. et iterum nulla spes erit in eum. nulla de eo fiducia quare nec curabitur: nec etiā cogitabitur. Propterea manifestū est incredulitatem hui⁹ articuli atq; negationē ipsius destructionem esse diuini cultus et subuersionē totius edificii religiosi. Manifestū igit est h⁹ esse articulū primū ꝫ et fundamentū atq; caput fidei q̄ creditur et nulli hoīm esse posse excusationē de eius ptinaci incredulitate atq; negatione. Propterea exo. 3. ait dns. Ego sum q̄ sum et dices filiis israel q̄ est misit me ad vos. Et Job. c. 9. Si nō est ille qs ergo est. ps. quoq; 43. dicit dō⁹. Intelligatis q̄ ego ipse sū. Et Apo⁹. 2. cor. 2. est apud illū est et no ꝫ est apud illū est. 2ᵐ necessariū ad salutē est credere deū esse vnicū creatorē et nō esse ei e regiōe vel ex aduerso alioz vllo modoz: ꝫ ipz solū esse principiū et principia sunt et radices ac fundamenta aliorū. Eoz aūt q̄ de deo sunt et de ipso dicuntur respectu et cōparatione rerum aliarū prima et radicalia sunt potentia: sapientia et bonitas. Omnia em alia consequentia sunt horum sicut q̄ dicitur creator: q̄ dicitur pater. q̄ dicitur nutricius. q̄ dicitur lux et dux hoīm et similia. Et credulitate enim horuꝫ trīū oriūtur omnes partes diuini cultus. Et cum igitur que pertinent ad diuinum honorem et cultum. quedam pertinent ad diuinam potentiā quedam ad diuinam sapientiaꝫ quedam ad diuinam clementiā. Et hoc ostendendum preallegatū cū dicit. Dominū deum tuum adorabis. 1ᵒ Nam primo ad potentiam pertinet illud dominū. 2° ad sapientiaꝫ illud q̄ dicitur deus. Deus enim videns interpretatur. et ideo dei sapientiam aperte demonstrat. 3° ad clementiam pertinere videtur quod dicitur tuum. q̄ ipse deus ex caritate sua factus est noster.

Reticulus primus q̄ deo ꝓpter infinitam potentiam eius triplex est exhibendus cultus et honor.

rimo enīz. altitudini

p et supereminentie diuine potentie. tripler exhibendus est honor et cultus. Primus dicitur adoratio. 2ᵘs dicitur exoratio. 3ᵘs dicitur veneratio. Nam q̄ dei potentiam infinitam esse credendo cognoscit. deū adorandū exorandum et venerandum intelligit.

Quid est adoratio et de quatuor actibus adorationis. Eaplm pr̄im.

rimus diuine poten

p tie cultus et honor dicitur adoratio. Est em adoratio: subiectio: et humiliatio inferioz et exterioz qua nos deo subiectos eē ad perdendū vel saluandū plenarie fatemur. Sic adorabat dnm ps di. In manibus tuis sortes mee. Cōsistit autē hec adoratio in quatuor actib⁹. Primo in inclinatiōe capitis. 2° in curuatiōe cozporis. 3° i genu flexiōe poplitis. 4° in totali ꝓstratiōe humilis. Primo in inclinatiōe capitis vt cū nominatur iesus vel christus in sacris solēniis. Extra de īmunitate eccīe. c. decz domū domūm sanctificato. Et hoc maxime facere debemus. discamus erubescere ex nostrorum peccatorum consideratione. sicut fecit

publicanus. Luc. 18. qui nō audebat oculos
ad celū leuare ꝛc. Discamus a bone indolis
pueris qui cū deliquerit atq; redarguti fue-
rint inclinato capite erubescunt. Sic ⁊ nos
cū a patre nr̄o qui in ce. est reprehēdimur
qui aie nr̄e inquit filia babilōis misera. tūc
anima sicut filia bona ploret dicens illud
tre. 3. Memoria memor ero et tabescet i me
aia mea. Et itez dicat cū ps. Fuerūt mihi la
crime mee p. .s ꝛc. 2° in incuruatiōe corpo-
ris. s. cū dicitur glia patri. et hoc in signū q
oi fr̄ili miseria quo ad aiaz et quo ad cor
pus plem sumus ⁊ q̄ ad iterum ruendū at-
q; peccandū ⁊ deficiēdum prōpti sumus qō
in corpore stercore ⁊ inmūdicia pleno demō
stratur. Vñ Jo. .io. Memento queso q̄ si
cut lutū feceris me ⁊ in pl.re.me. 3° in ge-
nu flexiōe poplicis. s. eleuatione corporis
xpi ⁊ cōsimilibus. talis quidē debz esse reue-
rentia qualis est cui reuerentia exhibet. Si
erit do⁹ secularis cū genu sinistro. q; ex par-
te dei dīs corporis ⁊ tēporalis substātie est:
si prelatus genu dextro. q; ex parte dei do⁹a
nime phibetur. si papa cū vtroq; multo am
plius debemus genu flectere deo. Jurta il-
lud phil. 3. Flecto genua mea ad patrē dñi
nostri ieſu xp̄i. Et Ro. 14. Vno ego dicit do
mi⁹ q; mihi curuabit oīe genu. Qui ergo
coza sacramēto corporis xpi solū vno genu
se curuat sil'is est iudeis illomō se curuanti-
bus vel genu flectentibus cozā xp̄o tēpore
passionis. 4° totali pstratiōe hoīs. s. in ꝯ̄m
q; finē vite nr̄e cōsiderare debemus: vel in sig-
nū q; pfitemur nihil esse ex nobis. Huc aūt
modū tenet ecclia tēpore passionis in quatu
or passionib⁹ qñ dicitur. Et inclinato capite
emisit spm̄. Venite ergo sicut ps ait. Adorez-
mus et pcidamus ante deū plorem⁹ coza
dño ꝛc.

¶ Quid est eroratio et q̄ quatuor eius ac-
tibus diuina potentia inclinatur.

Capitulū 2ᵐ.

ecūdus aūt diuine

s potentie Honor ⁊ cultus dicitur
oratio. Per quatuor em̄ nobis di
uina potētia inclinatur. Primo p orōnem.
2° per deprecationē. 3° per sacrificationem.
4° per thurificationē. Primo m̄ diuina
potentia inclinatur p orōnem que fit p bo-
nis obtinendis. sicut patet in ōnica oratione
cum dicimus Pater noster ꝛc. In qua oīa
postulam⁹ q̄ sunt necessaria ad hoīs vtriusq;
salutē. Et de hoc etiā ps ait. Verba mea au
ribus p. dñe intel. cla. meū. Intende voci o.
m. r. m. ⁊ de⁹ meus. 2° inclinatur p depre-
catiōne que fit p malis remouēdis sicut fecit
thobias. 3. c. p plaga cecitatis am ouenda: ⁊
sara p⁹ obp⁹obrio viroz occisoz sequitur.
In illo tēpore exaudite sunt preces ambo-
in cōspectu glie sūmi dei et missus est ange-
lus dñi raphael vt curaret ambos. quorum
sunt vno tēpore orones in cōspectu dñi pre-
sentate. Ad hoc etiā ps ait. Deprecatus sū
faciē r. in to. c. m. miserere mei. et exaudi me.
Et Jac. 5. c. Multū em̄ valz deprecatio iu
sti assidua. 3° per sacrificationē vt audia-
mur. Sacrificiū dicitur ex hoc q; homo fa-
cit aligd sacrum. fz sup omia sacrificia. imo
sacrificiū sacrificioz est corpus sanctissimū
iesu xp̄i. sicut p3 de cōse. d. 2. c. nihil. Et ideo
de illo ps ait. Sacrifi⁹ laudis ho. me. et il. it.
quo ostendam il. salutare dei. 4° p thurifi-
catiōne vt exaudiamur. Thurificatio nēpe
designat nō tantū od⁹ē sacrificii: fz etiā so-
lēnitatē illius dei in cui⁹ honorē sacrificiū ce
lebratur. qō quidē exo. 30. in thimiamate fi
gurat. Et quia omis gratia a dño impetran
da ex iesu xp̄i merito nobis datur. et ad nos
descēdit ministerio angelor atq; sanctorum
Jurta illud heb. i. Oēs sunt adminīstrato
rii spūs ꝛc. Et. 2. cor. 2. Xpo⁹ ait. Odorem
noticie sue spergit p nos in omn̄ loco. Ideo
altaris thurificatio p quod xps significatur
in ecclesia p̄mittitur primo: deiñ officio mi
nistrorū thurificantur omnes per ordinem
circonstantes.

¶ Quid est veneratio et q̄ ad illā quatuor
necessaria sunt: Capl'm 3ᵐ.

Ertius autez diuine

t potentie honor et cultus: est vene
ratio. s. qua ad diuinā potentia vel
ad sacra eius nō nisi decenter hoc est loti et
purificati mente et corpore accedere pres-
mamus. Hec autē quatuor requirit. Pri-
mo sacror locor magnificentiam. 2° mini-
strorū mūdiciā. 3° necessariorū decentiā. 4°
cerimoniarū armoniā. Ve...io enim ve-
neratio requirit sacror locorū magnifcen-
tiam et decorē. Et merito quidē quia est ibi
p̄sentia dei sicut ps ait. Dominus in tem-
plo sancto suo. Est insuper ibi cōiter diuci

p̄sentia sacramento. De quo iterum ps ait
Dominus in loco s. suo. Est etiam ibi p̄sen
tia milliū angelorum a stantium coram do-
mino qui est in hostia consecrata. In ea su
scipimus sanctissima sacramenta. Jam ibi
baptizamur: confirmamur: emēdamur. Ibi
sacri ordines dantur. Ibi suscipimus corp⁹
sanctissimū iesu r̄ōbi indulgentiaz gratie
cōdonantur. Que omnia in spiritu contem
plans iacob. ge. 28. admirans ait. q̄s terribi-
lis est locus iste non est hic aliud nisi do⁹ dei
et porta celi. Propterea requirit magnificē
tiam et decorem 2° ministrorum mundiciā:
scilicet in cōtrectando diuina ⁊ ecclesiastica
sacramēta. Q̄ta puritate pollere debet q̄-
rum ministerio iustificantur impii. reconsili-
antur rei. curantur infirmi. illuminantur ce-
ci. mundantur leprosi et mortui deniq; suscī-
tantur. Profecto mundus esse debz qui vi-
cem xpi gerit in terris ⁊ maxime cum aliis ⁊
sibi dispensat dominicū sacramentū. Ad hoc
facit qō scribitur. extra de īmunitate eccle
e decet domū. Et p̄. i. Lauamini mūdi estote
te. 3° necessariorū decentiā. s. i apparatu va
sorū: luminariū vestimentor et huismodi q̄ om
nia clamant ⁊ ostendunt gliam et magnificē
tiam cultus dei. Ad quod hortatur salomō
puer. 3. Honora dīm de tua substātia. Hic
i. Ro. 2. ait dominus. Qui honorauerit me. s.
in predictis glorificabo eum. s. honorib⁹ sem
piternis. 4° cerimoniarū armoniā. i. concen
tū et ordinem vel celebritatem cātionū psal
modiarum et lectionū nec non et rota festui
tas musicorū huic seruire debet. Vt sm Au
gust⁹. io. consonum. Per aurium oblecta-
menta infirmorum animus in affectū pieta-
tis assurgat nō ad ostentationem et delecta
tionem prouocandam f carnalibus talia in-
carnata conuertuntur. quia sm Aplm. 8. c.
ad Ro. Diligentibus deum oīa cooperan
tur in bonū: ita nō diligentibus deum oīa
cooperantur in malum.

¶ Articulus scōs de triplici cultu et hono
re q̄ exhibendus est deo propter infinitam sa
pientiam eius.

Ecūdo enī qui deū

s credit sapiente infinite et q̄ om
nia ad nudum lucidissime intuet.
tria deo impendit quasi sit tripler diuine sa
piente cultus et honor. Primus est timor.
2° est pudor. 3°. est dolor. In oculis nēpe
dei aligd agerere intimorate impudenter et
impenitenter non est hominis qui credat eū
omnia aspicere oculis sapientie sue cū deus
videns interpret..ar. Justa illud heb. 4.
Omnia nuda et aperta sunt oculis eius.

¶ Timor dei 2° generat in humana mente.

Capitulū primū.

Rimus aūt diuine

p sapientie honor ⁊ cult⁹ est timor
s. qui ostendit culpam et diuinā
iusticiam sicut ps ait. Ini⁹ sapiētie timor
domini. Intellectus bonus o. fa. eum. Et ex
hoc duo bona oriuntur. Stupor et tremor.
¶ Primo ex timore oriu..r stupor. s. diuini
indicii qō continue cernit a deo peccatorib⁹
infligi: que cōtempl...is ꝑphā de se ait. Om
nia iudicia eius in cōspectu m. ⁊ iustitias ei⁹
nē epelli a me. Et ad hoc hortat ecclīastici
i 7. c. di. Cognosce iusticias et iudicia dei. s.
vt stupeas. Hinc vtiq; est q̄ in diuino cultu
ita representam⁹ diuina iudicia sicut ⁊ bene-
ficia vt stupeamus peccare cozam diuina sa
pientia. Recolimus em̄ iudicia primi angeli
ade diluuii: sobolē: dauid: salomōis: sansonis
petri et vltimi indicii sicq; de liis. s. vt stu-
por in mentibus nostris generetur. ¶ 2° ex
timore oritur tremor. s. eterni supplicij pec
catoribus preparati. Vbi considerare debet
homo q̄ momētaneū est qō delectat fz eter
nū. quod cruciat. Ponderetq; sniām xpi di
centis cōtra dampnatos. Mat. 25. Discede
dite a me m. i ig. eter. qui p. est drabolo ⁊ an
gelis eius. quod consideras ps ait. Timor et
tremor ve. sup me et cōte. me tenebre. Et io
in cultu dei sepius infernale supplicium re-
presentamus.

¶ Ex pudore generantur duo

Capl'm 2ᵐ

Ecundus diuine sa

s pientie honor ⁊ cultus est pudor
qui cōmissa repenset et ponderet
ex quo duo bona etiam oritum habent. s. ve
recundia. s. culpe cōmisse. Exemplum de magda.
lu. 7. que stans retro sec⁹ pedes domini iesu
xp̄i. la. ce.. .i. pe. ei⁹. Et capillis capitis sui ter.
et oscu. pedes eius ⁊ vnguento vngebat. Si
militer etiam publicanus Luc. 18. Non au

debat oculos ad celum leuare: sz percu. pec. suū di. de⁹ p.e. mihi peccatori. 2° erubescen/tia. s. pene inflicte. quia sicut ps ait. Multa flagella pec. spe. autē in domino misericor/dia circundabit. Et ideo ...tus vtriusqz: sci...cet verecundie z erubescentie in diuino cultu frequentius recoluntur.

Et dolore scōo in anima generantur bona. Capl'm 3m.

Et⁹ aūt diuine sa

sapiētie honor z cultus est dolor qui pen... emendet per veraz penitentiam et quo duo insuper oriuntur bona. s. confessio: et correctio. ¶ Primo ex dolore oritur confes... peccati defleti. sicut ps ait. Diri confitebor adver. me iniu. m. dño z tu re. impi. pec. mei. Et ...ibi Confitebor tibi do. in to. cor. m. in cō. iu. z cōgregatione. ¶ 2° oritur correctio peccati confessi per ver...m circūspectionem. exemplo prophete qui de se ait. Cogitaui vi. me. z 2. pedes me. in testimonia tua. s. vt amplius non delinquam. Et ideo vtrūqz exercitatus in diuino cultu z h° quidem vt vere cōfiteamur et emendemur. Et his que dicta sūt patet q timoris ē ostendere pudoris ...idere z doloris delere z emēdare offensas quas in dei oculis cuncta cernentis operari presumpsit ingratissimus homo.

¶ Articulus tertius q deo propter infinitā elementiā eius tripler exhibendus est hon...

Ertio propter mīsi

nitam dei bonitatem tres cultus ei exhibendi sunt. qui enim credit deum esse bonuz z beneficū, tres honores ei rependit. Quorum primus est gratitudo de notionis. 2⁹ promptitudo dilectionis. 3⁹ ē rectitudo intentionis. qui tres principales sunt affectus amoris. Quicūqz enim diuinaz bonitatem plene credit et considerat, est gratus ob eius beneficentiam, promptus ob ei⁹ benuolentiam, fidus ob eius benepatientiam. qui sunt tres actus bonitatis.

¶ Deuote gratitudinis quatuor cōparationes vel actus. Capl'm pr'm.

rimus autem diuine

clementie cultus et honor est gratitudo deuotionis. s. circa beneficia dei q ingratis z indignis sua bona non cessat quotidius multipliciter elargiri. ¶ Duius autē gratitudinis quatuor sūt act⁹ quos exercem⁹ z frequētamus in diuino cultu. ¶ Drim⁹ ē recognitio. 2⁹ est benedictio. 3° collauda°. 4⁹ glorificatio. ¶ Drimus est cognitio q est gratiarum actio p receptis. Vñ ps ait. Cantabo dño. i. recognoscendo recepta beneficia. Laudabo do^m qui bona tribuit mihi. q2 vt dicit Jac. 1. Omne datū optimū z oīe donū dē. Et dicit p'faliter bona: q2 dat deus z bona temporalia z bona corpozalia z bona spūalia. Et q his omnibus melius est dabit etiā glorīā sempiternā. ppterea alibi ps inquit Quid retribuā domino p omnibus q re. mihi. ¶ 2⁹ benedictio q est bonoz imprecatio largitoris ibi. Benedictus es dñe de⁹ patrū noz z laudabilis et glorios⁹ in sc'la. Et iterū Apoc: 7. Benedictio z cla. z sa. z g. ac. ho. v. z fortitudo deo no. in sc'la sc'oz amen. Et denuo ps ait. Benedica do^m in oi t. s. l. eius in oze meo. ¶ 3⁹ collaudatio que est benefactoris magnificatio vt pote cū dicimus. Tibi dñe gloria imperiū z honor z magnificentia. Nobis autē cōfusio et obprobriū semp debetur. Vnde ps inquit. ¶ Magnificate dñm mecū z exaltem⁹ nomē ei⁹ in idipsū. Et alibi idem ait. ¶ Magnus do⁹ et laudabilis nimis in ci. dei no. in m. scō eius. Et iterū dicit. Benedic a. m. dño domie de⁹ me⁹ magnifices vehemēter. Et alibi. Lauda aīa mea dñz laudabo do^m in vi. m. Et gliosa virgo inquit ¶ Magnificat a. m. dnz. s. non meipam Luc. 1. ¶ 4⁹ glorificatio que est beneficior z benefactoris predicatio: diuulgatio publicatio atqz diffamatio ad omēs. Gloria em nihil aliud est qz clara sublimis z lata fama. Vñ Apoc 1. tibi. s. Regi seculoz imor. imui. so. deo hor z gloria in. s. s. Amen. Et iterū ps ait. Quis sicut do. de. no. qui in altis hi. z hu. re. in ce. z in terra.

¶ Prompte dilectionis quatuor sunt signa
Capitulum 2m

ecundus diuine cle

mentie cultus z honor est prōpti tudo dilectionis circa eius benivolentiam que culpam indulget z alleuiat miseriam seu penam. ¶ Duius autem prompte dilectionis quatuor sunt signa: quoz⁹ pr'm

est penitentia. 2m p'simonia. 3m elemosina. 4m indulgentia. ¶ Drimum enim signum prompte dilectionis est penitentia. s. gratanter recepta ad satisfaciendum pro culpa cōmissa. In ipsa etenim homo seipsuz offert deo vt dignum morte quasi sacrificium: sicut ps ait Sacrificium deo s. contri. coz contri. et hu. deus non despicies. ¶ 2m signum est p'simonia. s. connictus vel quecunqz afflictio et macceratio carnis vt caro crucifigatur cum vicijs et concupiscentijs. sicut consulit dominus. Jac. 6. Qui vult venire p° me abneget se. et tol. c. s. z se. me. Et paulus gal. 2. De se ait xpo confixus sum cruci. Et iterum. ...c. Qui autem xpi sunt car. s. cru. cum vicijs z cōcupiscentijs. ¶ 3m signum est elemosina: que est subuentio miserationis corpozalis ad alterius miseriam reuelandam. sub quo sunt vna z eadem ratione opera misericordie corpozalis et spiritualis. Corpozalis sicut pascere esurientem potare sitientem colligere hospitem: vestire nudum. visitare infirmū et redimere captuū. Spiritualis autem sicut docere ignorantem: consulere dubitantē: corrigere delinquentem: consolari afflictum: remittere offendenti: portare onerosos. et orare pro peccatoribus. Jam vt scribit Jac. 5. Beati misericordes qm ipsi misericordiā consequētur. 4m signum est indulgentia. s. laborum sanctorum z omnis pegrinationis vel laboz acceptus voluntarie pro suoruz venia peccatorum: sicut ire ad sepulcrū: ad sanctū iacobum: ire romā: ire ad sanctā mariam de porciūcula prope assisiū vbi beatus franciscus impetrauit a deo q quicunqz prima die augusti contritus z confessus intrauerit ecclesiam illam plenam indulgentiam cōsequatur oīa peccatoz suoz.

¶ Recte intentionis quatuor sunt fructus:
Capitulū 3m

Ertius diuine cle

mentie cultus z honor est rectitudo intentionis circa eius benepatientiam ...a peccantibus differt vindictam. ¶ Hec autem rectitudo est ad vitandum vindictā z vltionē ad dirigendos no. pedes i viā pacis. sicut dominus Jac. 6. c. ait. Si oculus tuus simplex fuerit totum corpus tuum lucidum erit. ¶ Duius rectitudinis intentōnis quatuor sunt fructus. videlz primus reminiscentia. 2⁹ diligentia. 3⁹ prouidentia. 4⁹ prestolantia. ¶ Primus fructus est reminiscentia que est recordatio offense totiens irrate: et per consequens venie totiens colate seu cōmunicate et condonate vt per hoc sciat libenter aliis offensas vel iniurias septies ymmo sepius qz septuagies septies inte pecantibus indulgere: sicut precipit dominus Jac. 18. et Luc. 6. Dimittite et dimittemini. Et iterum Jac. 6. in oratione dominica postulamus dicentes. Dimitte nobis debita nostra sicut nos ...fructus ...diligentia se exercens in tali eius seruicio in sacris sacrificiis et sacris studijs anteqz veniat dies vltim⁹ extreme vltionis. Vnde Apo⁹. 2. cor. 6. hortamur vos ne in vacuū gratiam dei recipiatis. Ait em dñs ac...te z in die salutis adiuui te. ecce nunc tempus accep. ecce nūc dies ...tis. Et gal' 6. iterum ait. Dum tempus habem⁹ operemur bonū. ¶ 3⁹ fructus ē prudentia. s. declinās a periculis gb⁹ cadere pot in foueaz dāpnatōis eterne. sciens q. i. Jo. 5. Apostolus ait. Mundus totus in malig° positus est. ¶ 4⁹ fructus est prestolantia anhelans per desiderium celestium ad remunerationem eternaz semper sibi ...specta de obstaculo quod finaliter non contingat. Vnde ps. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat aīma mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem ...uum quando veniam et apparebo ante faciem dei. fuerūt mihi lacrime me panes die ac no. dū di. m. ...quo. vbi est deus tuus. Ad hec omnia notandum est q idem opus exterius diuini cultus potest fieri ex diuersa virtute z diuerso fine: vt sacrificare vel ad honorandum solum eius magnificentiam tm. vel ad obtinendum veniam tantum, vel ad impetrandum gratiam tantum vel ad optinendam tantū eternam remunerationem. ¶ Et quandoqz propter hec omnia simul si placuerit offerenti et sic de alijs. In his autem breuiter concluſimus sanctissime trinitatis diuinissimum cultum vt in eodem deuota mēs possit faciliter exerceri et per illud In memoria repleatur diuina immensitate patris. in ...elligentia diuina sapientia filij z in volūta... diuina dulcedie spūs sancti. Qui i trinitate p'fecta p eterna sc'la regnāt cū gb⁹ d^m 4

cōregnarenos faciat dñs ihesus per infinita
seculorum secula. Amen. Sermo decimus.

¶ Dñica prima in quadragesima infra die
de ydolatrie cultu. Sermo decimus

omnū deum tuum

adorabis t illi soli seruies. Ieru
Iaī. 4. Satis vt puto hō ma/
ne patt de cultu sanctissime trinitatis Je
rito igit nūc tra..ādū est de ydolatrie cultu
p quē tanta ist entia ac temeritate homies
deliranerēt apostatauerūt a vero diuino cul
tu atq; honore in reliquiis huiuscemodi pse
uerāt vt adorāt p deo demones in vilissimis
creaturis: qō dns phibēs in vbo pposito ait
Dñm d.t.a.t.il. li seruies. In quo vbo secū
da.t.refrenās religiositas demōstrat cuz pre
cipiat xps deum solūmodo et nō alium ado
randū: t illi soli toto conamine seruiendum.

¶ Tria igitur circa ydolatriā ꝓsiderem⁹ ad pre
sens vt omnis noster affect⁹ fmoz actu ab
oīi cultu ydolatrie refrenet. Primo ydola
trie originationē. Secūdo ydolatrie offensio
nem. Tertio ydolatrie dilatationem.

¶ Articulus primus de origine ydolatrie et
triplici eius variatione. Articul⁹ primus

rimo inquā considē

p remus ydolatrie originatoēz. Pri
mo notandū est q ydolū dictū ē ab
eo qō ē ydos fm Jsiō. ydos aūt formā dicit
ab ydea tractā sicut seneca ait. Metaphea y
dolum dicitur ppter silachz repntatiuuz rei
erūtis l rei ficte. t fm hō ydolatria ppie dz
cū simulacra colunt. Et commune tñ ꝓsuetu
dine q̄ gentiles creaturas colebant sub qui/
busdam ymaginibus impositū est ydolatrie
nomē ad significandō q̄lēcūq; creaturā, cultū
etiam si sū ymaginibus fieret. Vel sic dicta
est ydolatria quasi ydoloz latria non q; ois
huiusmodi erratio fuitutis vt dictū ē ydo
lis impēderet: sed q; vel pricipiū ydolis ex/
hibita est: vel q; freqnti⁹. Aduertendū ē eti
am q̄ in prima etate non sua. ydolatria ppt
recentē memoriā creatōis mundi et qua vi/
gebat cognitio veri dei in seculo illo. Sz in
secunda etate repta est scz tpe abrahe. vt in
fra patebit. In sexta vero etate exclusa est
per vtutem t doctrinā xpi q de dyabolo tri
umphauit. sicut ipe p̄dixit Jo. 12. Nūc iudi
cū est mundi nūc princeps mūdi hui⁹ eiicie
tur foras. Licet multe relige. vt infra dicet
marime his tpib⁹ adhuc etiā inter xpianos
repiant. Erat antiqtus ydoloz seu ymaginū
differētia tripler. Quedā em erāt ymagies
tm. Quedā vo habitacula demonū. Quedā
aūt dii facticii vocabantur.

¶ Dō in pricipio ydolatrie q̄dam erāt yma
gines tm. Capitulum primum.

rimo enz erant que

dā ymagines tm scz ad repntatōez
eoz quoz ymagines erant nihilq;
mūis credebant hre sicut nec nūc apō nos
sanctoz ymagines reputant. Refert nan q;
beat⁹ fulgētius li⁰ primo ethimologiaruz
suaz q̄ diosār⁹ lacedemoniox auctoz libros
i 4. scripsit antiqtatū in quib⁹ ait strophanā
egyptiū fama substātiaq; locupletē filiū ge
uisse quem ait velut in oīis substātie succ/
sozē ineffabil⁹ r vltra q̄ pnitas erigebat affe
ctu erga filiū deditū fuisse. Jeq; dū aduers
fortune incursib⁹ raperet. quo patri crudele
gemine orbitatis dereligisset elogiū vt t po/
steritatis ppetuale suffragium denegasset et
substātie ppagande subitā acceptōez obuice
ret: q̄d igit faceret aut fecūda paternitas in/
sterilitate damnata aut felix substātie in suc
cessione curtata. Varū em erat vt nō hret
qō habuit: nec etiā nec eēt qui obtineret qō
reliquit. Demiq; doloris angustia que semp
ingrit necessitatis solaciū filii sui simulachz
in edib⁹ instituit dumq; tristicie remediū q̄
rit seminariū poti⁹ doloz inuenit. Nescient
q̄ sola sit medicina miseriaz oīno fecerat em
ille vñ luc⁹ resurrectōes in dies ægrerēt nō
in quo luc⁹ solaciū inueniret. Demiq; ydolū
dictū ē. i. ydos doli. qō latine spes doloris di
cimus. Vnaq; vniuersa familia in deū adula
tōem aut cozonas plectere aut flores iferre
aut odoramēta sil'acro succedere ꝓsueuerat.
Nonnulli etiā seruoz culpabiles dñi furiam
euitantes ad simulacrū pfugi venā merebā
tur t quasi salutis certissimo collatiozi floz
atq; thuris offerebant munuscula timoris
potius effectu q̄ amoris affectu. Deinde hu
ius rei non immemoz t petronius ait. Pri
mos in orbe deos fecit timor. Nam t mini/
tanoz musicus in cromotoporon libro artis
musice quem ascripsit ait Dñs doloris quez
prima opunctio humani finxit generis. Et
hinc ergo inueteratus erroz humanis pendē

tim ꝓsertū deciplis baratro quodā seue cru
delitatis plabatur. Et de hoc Sap. i 4. hr
¶ Cepit aut ydolatria apud grecos fm ysiō.
a pmotheo qui primus sil'acra hoim finxit
de luto. Judei aūt dicūt q̄ ysmael prim⁹ si
mulachrū de luto fecit. Dicunt etiam qdam
q̄ ydolatria cepit a nemroth qui vt dicitur co
gebat homines adorare ignem. Alii etiā di
cunt q̄ tempore abrahe ydolatrie cepit: quo
tempore Ninus edificauit Ninive: quam a
suo nomine denominauit. Ab isto ydolatria
in syria orta est sicut a strophane in egypto
quem etiam ninus bello subiecit. Postuo
autem patre eius bello patris fecit ymaginē
cui homies ceperūt diuinos exhibere hono
res quia res quibuslibet parcebat reis q̄ con
fugiebant ad eam. Hinc exemplo plurimi
suis caris decedentibus ymagines statuerūt
et sicut ab ydolo beli cetera traxerunt origi
nem: ita quoq; ei denominationē. Sicut em
assyrii vocabant belum: sic t alie lingue fm
ydiomata sua nomina formauerūt: quidam
dicentes bel: quidam baal: quidam baalim.
t cetera huiusmodi. Quod ātiquus hostis
aduertens posuit se in huiusmodi ydolis ce
pitq; dare responsa vt homines induceret in
errores. Hoc nāq; modo insensati homies
vt deos homines coluerunt sicut et libris et
fabulis gentium certum est. Quidam etiaz
ifirmitatis et mortalitatis sue obliti se deos
adorandos constituerūt. Nam sicut expresse
legitur Judith. 3. Nabugodonosoz precepit
holoferni principi militie sue vt omes deos
terre exterminaret: videlicet vt ipse solus de
us diceretur ab his natōmbus q̄ possent ho
lofernis potentia subiugari. Et iterum in 6.
eiusdem holofernes inquit. Vt sciant oīs
gentes q̄m nabugodonosoz deus terre est et
preter ipsum alter non est. Simili vesania p
motus gaius cesar in templo dñi quod erat
in hierusalez statuam sibi erigi fecit vt vl' ip
sa vel post ipe in ea p deo ab hominib⁹ cole
retur. Et iam dictis apparet que erant ydo
lozum ymagines tantū.

¶ Dō in ipo erordio ydolatrie quedam y/
magines erant habitacula demoniozum
Capitulum secundum.

Ecūdo erant quedā

habitacula domoz: hoc est demo
nioz. Psal. testāte q̄ait. Quoniā
omnes dii gentiū demonia. In his em ydol.
vel ymaginib⁹ demones ludificabant ydola
tras t illecti sacrificiis eozum t impudissimis
honoribus responsa dabant eisdem acsi illa
inhabitarent. Ac hoc autem herbis et aro
matibus t cantilenis erecrabilib⁹ ipas yma
gines se ꝓsecrare putabant: t ipos demones
induci videlicet vt ipe fierent sacra habita/
cula domoū et ipi ad habitandū ii..ucerēt
¶ Interdū autem sola hore obseruatōne qua
ymago huiusmodi vel funde..t vel sculpe/
retur idem fieri opinati sunt et in libris eoz
qui per dei gratiam iā ex parte maxima pie
rūt ista reptunt. Huiusmodi aūt ymagines
nec colebant: nec dii nominabant: nisi forsitā
hoc erroze fieret inspient. homoū hominū:
qui ymagines huiusmodi responsa demonū
dantes log putarēt. Deo em gdam incircū
specti t insensati erant vt in parte ista nō di
stinguerēt sicut t forsitā multi simplices sut
adhuc q̄ inter ymagines sanctoz t ipos san
ctos in suis orōnibus nō distinguūt. ymmo
orōnes quas ad sctōs facere debēt ad ipsas
ymagines factū. Potuit aūt esse t credibi
le est cām semp fuisse t eē malicia demonuz
vt ymagines huiusmodi in qb⁹ habitare vi
debant vel pro se vel in honorē sui: vel etiā
tanq̄ deos vellent t facerent adorari: t in ta
li erroze vsq; ad mortem impenitēter pseue
rare. Et de hmōi apl'us. 9. scrip. Neq; peni
tentiā egerūt de operibus manuū suaz: vt nō
adorarent demonia t simulacra aurea t ar
gentea t erea t lignea t lapidea q̄: scz ab effe
ctu que in talibus opantur: neq; videre pos/
sunt neq; audire neq; ambulare.

¶ Dō quedam ymagines dii facticii quasi
ymagines deificate nuncupabant. Ca. 3m

Ertium genus ydo

t lozum seu ymaginū erant fm opi
nionē eozuz dii facticii. Hoc est
quibus velut splendoz quidam diuinitatis t
vtus mūis infundebatur seu imprimebat:
t hoc vel a spiritibus celestib⁹ vel ab ipsis
stellis t celis ac luminaribus. t hoc cū iuxta
obseruationes eozum sub certis horis t cō
stellationibus vel fundebant vel sculpebant.
vel fabricabantur. Vnde ymaginati sūt ho
mines q̄ quasi vnum fieret ex ydolo t celesti
virtute sicut fit vnum ex anima et corpore t
q̄ illa virtus influxa de celis esset quedā vir

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus diuinitatis in ydolo. Et ideo homines sic decepti statuerūt demoni tanq̄ deo sacra et sacrificia. vt habetur Sap. i. Nec aūt sunt opinio hermetis tremegisti. vt dicit Augu. 2. de citate di. ymmo q̄ execrabili⁹ est hui⁹ errozis velut reliquie adhuc apud vetulas multas etiam christianas in gbusdam patriis extant dicunt nāq̄ omnes ymagines sexagesimo anno a factione sua virtutez sortiri de celis et demones q̄diu durauerit obtinere.

Dis igitur ymaginibus suffumigia seu subfumigationes verberaq̄ et decantatiōes constituerunt acsi vere dii illi dii facticii essent. Hanc aūt admonitionē ertollit Hiercuri⁹ in libro quem scripsit de helera. i. de deo deorum d. Inter o[mnia] miracula mirabilius est q̄ homo potuit diuinā naturā inuenire et eā efficere vbi expresse dicit q̄ deoruz alii sunt naturales: alii facticii. et ne aliqua esset dubitatio de intellectu et intentōne eius interrogatus. In eodem lib. ad aselepio discipulo eius statuas dicis o tremegiste. statuas o aselepi. Et iterum. Hiraris o aselepi: et nunqd et tu diffidis q̄ homines faciūt deos. Et post pauca. Sicuti deus aut dñs vt sui similes essent deos fecit eternos. ita humanitas deos suos ex sui vultus similitudine figurat. Et alibi. Dñs et pater vel quod est summū de⁹ vt effectōr est celestiū donorum ita homo est effectōr deoz q̄ in tēplo sunt humana, primitate cōtenti. Et q̄ de statuis quas deos inhabitare credebat hoc expresse interlexerit ait in sequentib⁹ patefecit d. his vbis. Videres o aselepi ḡtenus tuipse diffidis statuas animatas sensu vel spiritu plenas tanta et talia facientes statuas futuroz presciasq̄. Et iterū paul⁹ nostri inuenerūt artem quas deos efficerent. cui inuente adiunxerūt de mūdi natura conuenientem materiā eā miscentes q̄m animas facere non poterant euocantes animas deoz vel āgeloz eas indiderūt ymaginibus sanctis diuinisq̄ mysteriis per quas ydola et benefaciendi et malefaciēdi vires habere potuissent. Et iterum deozum o tremegiste qui terrem habent cuiusmodi est qualitas constat o aselepi de lapidibus et aromatibus vi diuinitatis naturalem in se habentibus et preter hanc causam sacrificiis frequentib⁹ oblectantur. Hymnis etiam et laudibus et dulcissimis sonis in modum celestis armonie cōcinētibus. Siue igitur ista duo genera ydoloz̄ execrabiliūq̄ ymaginū sint clerici mercurius in verbis istis siue illud solum genus cui animas demonū indita dicit nullatenus dubitandum est quin virtutē diuinā et numē attribuerit hmōi erroneis statuis et ymaginibus vel sub certis ostellatōibus solumō factis vel nephandis sacrifitiis et orbibus atq̄ scripturis et figuris adhibitis cū ipis ostellatōibus. In quē errorē inducti videnr ex oppinione stellaz lumen et celoz. Quemadmoū enim ab ipis ostellationibus nascentibus sub ipis credebant puenire cum fauste et fortunate eēnt supeminenti as quasdā hominib⁹ videlicet vt reges et principes aut prophete aut sapientes essent ante alios sic vtutes non qdem ista obtinendi: sed etiam magis stando puenire credebāt ymaginibus. Et hoc ex presse legitur in libris cozū quos de pstigiis et ymaginib⁹ aliisq̄ sacrilegis maleficiis cōscripserūt. Quibusdam em̄ ymaginibus posuerūt virtutem prestandi honores seu dōnationes atq̄ prelatōes aut artes aut eloquentiā. Et ymagini musce sub certa ostellatione sculte attribuerunt virtutē fugandi muscas ab omni loco in quo ipsa foret. Similiter et ymagini scozpionis fugandi omnes scozpiones a ciuitate vel regione in qua stulta esset. Eodēmodo et ymaginibus quozūdā animaliū posuerunt vtutes cōgregandi ea. Similiter et gbusdam speculis virtutem liberādi quēcunq̄ captiuū vel incarceratum vellēt. Manifestū est autem vtutem prestandi honores et dignitates et sapientiā et ppetiā atq̄ eloquentiam nō esse virtutem nisi dei omnipotentis ex quo manifestū est eos dei gloriam et honorē et vtutem trāstulisse in huiusmodi ymagines nec solum in ymagines. sed etiam in ea q̄ ymagines non sunt sicut i stellas ipas et luminaria. Nec in ipsa soluz sed etiam in figuras quasdam quarū alias sigilla planetarū: alias anulos. alias caracteres earum. alias ymagines vocant cum nulla earum similitudinem habeant. Crediderūt etiam quidam deos vel sibiipsis partitos fuisse et hoc sorte vel deū deozum ipsis distribuisse terrarum orbem. Plato enim sensit dō deorum orbem terrarum eis regendū traditū se ac distribuisse: quidam etiaz hec bestialiter insaniuerunt vt deū hebreozum vnum ex his opinarentur: et forte obtinuisse vt deus esset populi hebreozum.

Articulus secundus q̄ propter tria ydolatria grauissima culpa est.

Ecūdo pricipaliter

consideremus ydolatrie offensionem. Cuz enim latria summe veneracionis cultus sit et obsequm honorificentie consummate merito soli deo altissimo debita est. Ipse em̄ in primis et maxime in omnibus modis est venerandus et honorādus: atq̄ colendus. Cum igitur huiusmodi cultus seu obsequiū ad aliud translatatur siue illud sit siue non sit et quicquid illud sit intolerabilis et omni gladio et igne exterminanda iniuria et contumelia deo altissimo irrogatur. Nec iniuriosa contumelia tripler est.

Prima ex eo q̄ ei debite honorifice cultus subtrahitur. Secunda ex eo q̄ alii impendi tur et appropriat. Tertia ex eo q̄ ei aliud coequatur. Quēadmodū si aliquis regi vel domino suo honorem regium ei debitum subtraheret et alii illum impenderet: et in regis illius regno vel ciuitate alium sibi impotentia et honorificētia coequaret. Aggravat aūt nephas illud vilitas eius et ignobilitas atq̄ impotētia siue infirmitas in quas hoz ille incommutabilis transmutatur. Execrabili⁹ quidem peccauerūt qui honorē istuz in quadrupedes aut reptibilia q̄s qui in hoies transtulerunt et qui in ymagines hominum aut animaliū q̄s qui in homies aut animalia mutauerunt. sicut Roma. i. ap̄l's ait. Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentum. Et iterum Psal. dicit. Mutauerunt gloriam: scilicet in similitudinē vituli comedentis fenū.

Videres ergo ad quātas dei iniurias et contumelias insipientissimi homines deuenerunt: vt non solum in mimas et vilissimas creaturas honorem et gloriā transtulerunt creatoris: sed etiam in ymagines eozūdem: ymmo etiam quod horrendissimū et stupendissimū simulq̄ ridiculosum auditu est sicut in itinerario clementis: hoc est i libro disputationū Petri contra symonē magū legitur etiam creptus v[idere] ris adorare nec veritissimi nec erubuerunt: vt verificetur quod de eis Roma. i. ap̄l's ait. Dicentes se eē sapientes stulti facti sunt. Sed etiam hodie extant in barbaria de gentibus aquilonis qui tonitruuz q̄ pro deo adorant.

Articulus tertius q̄ per triplicem modū diabolus in mundo ydolatriam dissemināuit et dilatauit atq̄ conseruat.

Ertio cōsideremus

ydolatrie dilatationem. Dimissis tamen infidelibus ad nos per ydola stulta et vana vt ex precedentib⁹ patz ydolatria dilata est ad solos christicolas. Verumtamen qui occultiora licet nō salubriora fallacia deludūtur. Tribus nempe operū seu modis inter christicolas ydolatria in mundo dissemināuerūt et disseminant semper demones infernales. Primo falsa scientia. Secūdo ficta potentia. Tertio occulta malicia.

Per quam scientiam demones valēt prescire futura et q̄ quatuor modis hoc consequi possunt. Capitulū primuz

Primo quidē demones dissemināuerūt i mūdo ydolatriā falsa scia.

Produxit aūt hāc pestē dinatio demonū q̄ futura q̄dā et alia occulta predicere videbāt p h⁹ em̄ verā dinitatē hīc credebāt. Vñ et dinatio. q. dinitatis imitatio dicta ē. Sol⁹ em̄ dine intelligētie ac sapie ē occulta nosse et revelare. Ad itelligētiā aūt hoz q̄ demones scire pñt ſm bo. in. 2. d. 7. l'ar. q. 4. Notandū est q̄ futuroz triplex ē gen⁹. Primo em̄ sunt q̄dā futura q̄ hñt determinatā cām et infallibilē. Secūdo sūt q̄dā q̄ hñt determinatā cām: sed fallibilē. Tertio sūt q̄dam q̄ hñt cām indeterminatā et fallibilem.

Primo em̄ sūt q̄dā futura q̄ hñt determinatā cām et infallibilē: vt illa q̄ attēdunt circa motū corpoz supioz in gb⁹ est determinatio et ois impedimēti remotōr tūc pñt certitudinal'r sciri nō solū a dō et i deo: sz etiā i creatura et h⁹ in sua cā sic tps eclipsis et psimilia. Secūdo sūt q̄dā q̄ hñt determinatā cām sz fallibilē vt illa q̄ sūt ſm iferiorē naturā q̄o hñt cāz determinatā q̄ ītētio nature mouet determinate ad vnū. ió nō fallibilē q̄ multipler pōt impedimētū occurrere vtpote q̄ agri sciat⁹ si tra piguis ē et bōa dispositio corpoz supioz afferat fructū pigue. Et ista pñt quodāmō sciri et pōsciri ñ tm̄ a dō sz etiā a creatura q̄ nouit creaturas rep supioz et iferioz nō tm̄ ita certitudinal'r sicut predicta. Tertio sūt q̄dam q̄ hñt cām indeterminatā et fal-

libilem sicut ea que sunt a volūtate nostra que quidē indeterminata est propter hoc q̄ est ad opposita ⁊ fallibilis ⁊c quia possūt volenti pficere occurrere multa impedimēta ⁊ talia nō possūt certitudi lr sciri ab aliqua creatura in seipsa ſz solū a deo vel p reuelationes diuinas. Vnde dani li°. 2. c. 4. ait. q̄ futura neq; āgeli neq; demones nouerūt. ſ. naturali cognitiōe: et loquimur de futuris cōtingentibus. Hui° autē ratio est q̄ cognitō creature pendet ex re. qm̄ igitur res incerta ē et in se in sua causa: iō creatura nō potest certitudinaliter hmōi scire aut pscire illa. Diuina autē cognitio non pendz a re aliqua. p° omia que nouit sm modū sue virtutis nouit. Et q̄ veritas sibi certissima est: iō certissime cōtingentia nosci vt necessaria. Et sicut certissime nouit ita pōt certitudinaliter demonstrare ⁊ reuelare. Ideo hec p̄cognitio futurox vel dei est vel a deo: et iō cū talia futura p̄dicuntur p̄dictio: illa diuinatio nūcupatur: quia talis diuinus est actus. Et quia demones superbi marime desiderant honorari vt deus ideo conātur ostendere hoc in se habere. Et ideo dicere q̄ demones p seipsos futura cōtingentia certitudinaliter p̄sciāt hoc est eis attribuere qđ dei est: iō est ibi apta infidelitas et infidelitati frequenter ydolatria ānera est: ideo diuinatio prohibetur omnino

Sz notanter aduertendū est q̄ q̄uis demones non possint per seipsos futura contingētia certitudinaliter scire: tamen frequenter p̄dicunt vera. Nam quia euentuū futurorum aliquo° presentiūt vel presciunt. quod quidē quadrupliciter contingere potest sm Aug^m in 3° super gen. ad lām. Primo sensus seu ingenii acrimonia. 2° multa experientia. 3° dolosa cautela. 4° vero aliena doctrina. Primo quidē sensus seu ingenii acrimonia vt quando vident et diligenter considerant ad quid inclinetur affectio nostra vel que sint inducentia vel retrahentia. Hanc autē acrimoniaz sensus perficit celeritas motus eorum: quod declarans idē Aug°. 26. q. 4. i. c. ait. Proditi demones acumie sensus ⁊ celeritate motus multa añ cogitata prenūciāt q̄ homines p sensus tarditate mirantur. 2° multa seu longua expietia. Vñ Aug° vbi sup̄ 4. c. ait. Accessit etiā demonib° p tam lor̄ tps q° eox vita pendit rex longe maior experientia. q̄s pōt hoibus ppter breuitatē vite puenire. Et subdit. Aliq̄n aūt non que ipsi faciūt ſz q̄ naturalibus signis futura prenoscūt que signa in hoim sensus venire nō possunt ante predicunt. Neq; em̄ quia prouidet medicus quod p̄euidere nescit huius artis ignarus: iō tamen diuin° hōdus est. Hec ille. Et his patz q̄ quia tam longo tempore naturas humanas et virtutes et infirmitates eax ⁊ dispositiones rex experti sunt cōiecturare pūt futura ⁊ p̄dicere ac operari mira que humanus sensus ignorat. 3° dolosa cautela qñ ppoīt homo aliquid facere ⁊ illō predicit q̄si illud ali° sit facturus. 4° aliena doctrina cū iusto dei iudicio pmittente adiscunt a bonis ab angelis bonis. Ex his igitur patet q̄ licet demones non possint futura cōtingentia icertitudinaliter prenidere possūt tamen p̄ babiliter illa presentire ⁊ p hunc modum: ac p hanc scientiā in eis ab ydolatris nō intellecta ydolatria maximū fomentū sumpsit

De triplici ficta demonū potestate p̄ quā homines in ydolatriā prolabuntur:

Capitulū 2^m

Ecundo aūt modo

vel opere dissemināuerūt demones ydolatriā per orbem terrarū ſ. ficta potentia. Triplicem potentiā ostendebant demones deceptis homib° ppter quā inducti sunt ydolatrie labē: ⁊ ad hec plurimi inducuntur. Primā placandi cōtrarietates ⁊ turbationes. Secām sedandi tempestates ⁊ fluctuationes. Tertiā sanandi infirmitates et lesiones. Primam quidē demones hēre ondunt potestatē. ſ. placandi cōtrarietates guerras ⁊ turbationes sicut patuit in romanis qui p̄o victoriis obtinendis aduersa rusq; sedandis ydolis imolabant ⁊ inde postulata plerūq; obtinuisse arbitrati sunt. sic er valerio marimo atq; er aliis hystoriographis pz. Inter xp̄ianos aūt licz aliter operātur eadez sicut de quibusdā astrologis ⁊ mathematicis patet quare certissime fatendum est grauē foze offensam circa ea que ab hois voluntate dependent astrox indiciis vti: q̄ dyabolus vt hoies trahat in perditōis errorem opibus eox qui indiciis astrox intēdunt sepi° se imicet. Vñ Aug°. 2. li° sup̄ gen. ad literam ait. Fatendum est quandoq; ab istis. ſ. mathematicis vera dicūtur instinctu quodam occultissimo dyaboli. quem nescientes humane mētes patiūtur q̄ cū ad decipiēdū hoies fit spūz imūdox ⁊ seductox oportō ē.

Secundā quoq; dictiones ostendūt hēre ptārem: ſz sedandi tēpestates ⁊ fluctuatōes. Circa quos dimissis paganox ludibrijs ad solos xp̄ianos diuertamus sermonē. Ille incātat turbidū tps qbusdā piuratōibus ⁊ euagi nato ense. Alio° extra ostiū dom° sue. pucit canthenā q̄ appēdit sup̄ ignē. Alter fruſtrū contbusti ligni ō die natalis vel vigilia sci iohā nis relicti ꝫ tēpestatē extra domū emittit. et plūa multa omi qđē stulticia plena. Quid dicā ō nauigātib° mare q̄ certis seruatis diebus er vana superstitōe nō naturali qđē cogitōne nō inciperēt iter: nec ō ꝑpzio loco abirēt dies obseruātes ⁊ horas. ꝫ quos hr̄. 26. q. i. c. Id qō. et q. 7. c. Nō obseruetis. Quidam quoq; cū ozīri viderint tēpestatē gladium in nauis arbore figunt. Alii cū descēdere viderint quādā nubē quā quidē magonez vocāt q̄ soleꝫ ō mari haurire cum nauiū pinculo aquā illā euaginato gladio ac vibrato vel ense quibusdam piuratōibus precidere quodāmodo sit̄ant. ⁊ sic de sit̄ibus multis.

Tertiam qdām potentiā ostēdebant atz ostēdūt: ſcz sanandi infirmitates ⁊ lesiones ⁊ hoc dum ab eis irrogandis cessabant ⁊ secreta remedia apponebāt. Interdū nāq; iusto ⁊ occulto vel manifesto iudicio dei diuersas ⁊ varias infirmitates irrogare hoib° pmittūt. Interdū etiā. phibēt nihil oīno potestatis in his hītes nisi q̄m̄ dīne volūtatis beneplacitū āt̄ p̄cesserit aut pmiserit opari cū diuine potestati plenissimo iure ac seruitute subdantur ad restringendū limitādū auferēdum transferendū suspendendū ⁊ relaxādū

De virtutibus aūt naturalib° er^m hr̄ ero. 3. de virtute igns q̄ suspensa est a p̄dustione rubi. Simlit ⁊ in virtute aq̄ q̄ suspensa fuit a fluctu ⁊ submersione in diuisione maris rubri exodi. 10. c. et iordanis iosue. 3. c. q̄to magis potuerūt ⁊ nccē hīt parere ratōales creature bñplacitis ipiosissime voluntatis dei ⁊ h° voluntarie si bone sunt l' etiam inuite si sunt male. Quia igitur scire interdū pmittūtur lumites ⁊ restrictōes potestatū suax ipsi demones siliter ⁊ relaxatōes ⁊ amplificationes. Quid igitur miruz si potuerūt hoibus predicare infirmitates quas irrogaturi erant ⁊ infirmitatū cessatōes. vt sic ⁊ posse nocere viderent. ⁊ posse ꝑdesse oīno tacētes q̄ dei iudicio ⁊ voluntate. ⁊ mala irrogare permittebant: ⁊ ab illis desistere ꝑpellebant. Si etem huiusmodi reuelarēt oīno approbarēt se non esse tunendos cum creatoris imperio adeo ligata teneat eox potestas vt non quotiens neq; quāta vellent mala hoibus inferre valerent: sed qualitēs ⁊ qñ fuerit oipotentissima creatoris voluntas. que ⁊ ab infestatōe hoiz eosdē cōpescit ꝫ inuitos ⁊ ad eandē eos relaxat. put ⁊ glie sue ⁊ saluti hoim cōspicit expedire iusticiamq; suā decernit. De hoc manifestissimū exemplū patet in passione ap̄li bartholomei de demone astaroth q̄ in templo suo ydolo cōsecrato egros quos infirmitatibus varijs crucabat ad se p̄ auxilio recurrens nō sanitates dando: sed infirmitates quas irrogauerat amouendo videbat curare. De hmōi fuerunt multi erronei ⁊ ab isto eodem vel ab alio demone exceccati q̄ patientes cad. ū vel regū mortui in die assūptōis in opprobriū xp̄i vl' ī die ap̄li bartholomei in dedecus ap̄li. dei in eox templis die noctuq; saltantes diuersaq; insana as marume ne casu in terrā ruant obseruantes credūt se per annū ab illa egritudine illesos stare cū iudicio dei ⁊ hoc peccatorum malicia exigente demones ⁊ illos tali egritudine in corpis dispendiū ledēt ⁊ cū tali annario censu ⁊ sacrificio placati fuerit in dispēdiū: spūs a tali molestia ad tps cessent. Hec aduertūt hmōi insani atq; demētes q̄ si vera curatio dei eēt non saltib° dissolutōibus atq; truffis in sacris edib°. sed fidelissimis devotissimis atq; instātissimis ⁊ pijs oīonibus ipetraremur: nō annuali recidiuatōe spūs et corpis ꝫ vera sospitate ⁊ pseuerabili grā vtriusq; q̄ Inuitos quoq; maligni spūs eo dem diuino iudicio pmittente ī corpe diuersis cruciatib° et supplicijs verant q̄ factura ti vel maleficiati aut amaliati credūtur previdētes q̄ vel ipi vel p̄sāguinei sui seu amici p liberatōe eox ad incantatores et incātatrices recurrere debēt. vt sic ⁊ veratos ⁊ liberātes ⁊ fauentes ⁊ hoc imitātes ⁊ licitum esse credētes atq; omes huiusmodi sustinētes vl' non cōtradicentes in laqueis ydolatrie pestis poslideat captiuatos. Iurta illd. 86. d. c. faciētes scrip. est non caret scrupulo cōcessionis occulte q̄ manifesto facinoꝛi dīnit obuiare. Et q̄ mirabili ⁊ huiusmodi spūs ifernales ... in alienāt veratoꝛ obtenebrat mētes q̄ tanq; cum dilectissimis cōciuib° suis ꝑparticipant supplicia inferorum: nec tales

Universidad de Deusto
Biblioteca

